thobias ut aliis daret exemplum
paciencie. Sic puniuntur innocentes pueri
ne videant peccatoribus inconvenienus si
quique tribulantur. ¶ Iusto dei iudi
cio puniuntur qui vel concessis abu
tuntur. ut adam. vel non concessa ra
pere conantur. ut lucifer. De miseri
cordia dei. 39.

Misericordia secundum ethi
mologiam dicitur tribus modis.
¶ Primo modo dicitur misericordia quasi
miseriam cordis diminuens. sic accipitur
in illa auctoritate. Celi non indiget
misericordia. quia in eis nulla est miseria.
Secundum hunc modum misericordia solummodo
est in terra. ¶ Secundo modo dicitur mitis
quasi mittens seorsum cordis rigorem.
Sic accipitur ibi. Misericordia et veritas.
obviaverunt sibi. et c. Nam veritas
secundum rigorem procedit. sed misericordia hunc
rigorem temperat. remunerans supra me
ritum et puniens citra condignum. Sic est
misericordia in celo et in inferno. ¶ Tercio
modo dicitur misericordia quasi mira suavi
tas rigans corda. Sic misericordia maxi
me est in celo. ¶ Licet deus sit iustus
sicut et misericors. tamen dicitur ei proprium
esse misereri potius quam iustum esse.
quia nichil requiritur ad complendum opus
misericordie nisi voluntas eius. Sed ad

cōplendū opus iusticie. requiritur eciam aliq͛d ex pte hōis . s . exigencia meritoꝝ. ¶ Misericordia dei patet in effectibꝫ bñficioꝝ. Dat eñ reis veniam dimittendo tā pctī reatū. qm̄ pctī sequelas. De quibꝫ duobꝫ. ps. Qui ꝓpiciatur oībꝫ iniquitatibꝫ tuis. quo ad pͥmū. Qui sanat oēs infirmitates tuas. quo ad scđm. ¶ Itē largit᷑ iustis grām. dando . s. virtutis habitū . et virtutis motū. vt ꝑ pͥmū faciat hōiem gratū deo. ac vita etna dignū. sed ꝑ scđm augeat᷑ eius meritū. De hijs duobꝫ. ps. Qui coronat te in misericordia. quo ad pͥmū. et in miseracōibꝫ. quo ad scđm. et loquit᷑ de corona gracie. ¶ Item confert scīs gliam. et hoc dupliciter. qꝛ nūc in spe. tandem in re. De hijs. ps. Qui replet in bonis desideriū tuū. quo ad pͥmū. Renouabit᷑ ut aquile iuuentus tua. quo ad scđm. ¶ Item ds ex misericordia pctōres pacient᷑ expectat. benigne reuocat. vlcisci dissimulat. a iustis ꝑiculis liberat. grām libalit᷑ donat. datā multiplicat. multiplicatā conseruat. cōseruatā in celo premiat. ¶ Item ex misericordia ds pctōrem ad se redeuntē hillarit᷑ recipit. ad penitenciā cor emollit. offensa cito remittit. iniurie post remissionē nō meminit. ¶ Item ex misericordia dat ds aduersa ut pctā purget. dat pspa ut ad amorē puocet. dat sacramenta ut meritū cumulet. dat pͥcepta ut pͥmo ditet. ¶ Item ex misericordia errantes ad se reducit. eeuntes ad se cōducit. cadentes erigit. stantes tenere non desinit. ꝑuenientes in gliam introducit.

Explicit liber pͥmus.

Incipit liber scđs de opibꝫ conditoris.

De rerum creacōe. Caplm. 1.

Summe
bonitatis
triplex est
effluxio.
.s. p generā
cionē. per
spiracōem.
p creacionē. Due emanaciones
p̄ores sūt ab eťno. tercia ex tēpē
de qua nūc est agendū. ¶ Jnť
creare. genare. ⁊ face. est differē
cia. Quia res exit in esse ex nichi
lo p creacōem. Sed exit de aliquo
faciente aliq̄d de sba ppā p generaci
onē. ffacē autē est opari de matīa
aliena. ¶ Ds est rerū triplex cā
.s. efficiens. exemplaris. ⁊ finalis.
sed nullo modo matialis. ¶ Inť
opari dei ⁊ creature differencia est.
Quia ds opatur in instanti. ⁊ anglis
autē repente. sed natura paulatī.
¶ Preterea rerū pncipia sūt a deo ī
mediate. effectus vō cōsequentes
sūt ab ipso mediante natura. et
eciam īmediate. Nichil autē a deo ē
mediate tm̄. ¶ Circa creacionē
mūdi. iiij. erāt errores. ¶ Qui
dam enī dicebāt mūdū eternum.
¶ Alij quidē dicebant mūdū fcm̄
sed fuisse matiale pncipiū. ⁊ non
esse de nichilo. ¶ Alij dicebant
deū supiores creaturas p se pdux
isse. sed inferiores p ministerium
angelorum. ¶ Alij posuerūt duo
pncipia sicut manichei. vnū .s. summe
bonū. et aliud summe malū. dicentes
incorruptibilia esse a bono pncipio.
corruptibilia a malo pncipio. ¶ Hos
errores omēs excludit moyses.
¶ Primū cū dicit. in pncipio. ¶ Se
cundū cū dicit. creauit. ¶ Terciū
cū dicit. deus. ¶ Quartū cū sequitur.
celū ⁊ terrā. ¶ Tenendū est eciā
qd ds oīa simul creauit. nec aliquā
nouā spēm postmodū condidit quā
pus non fecit. vel in se vel in suo sili.
sicut in illis que ppagantur. vel in ra
cōe seiali. sicut patet in his que alijs
modis introducuntur in esse. et hoc est
qd dicitur ds die septīa quieuisse. non
quidē a labore ⁊ ope. sed sicut dcm̄ est
a nouarū spēr condicōe. ¶ De o
pibz vō sex dierum dicunt quidā. non in
illis intelligi ordinē tēporis sed na
ture. qz dicūt oīa simul tēpore fuisse
fcā ⁊ disposita. ac in suis speciebz dis
tincta. ¶ Alij dicūt oīa simul cre
ata in matia. sed nō in tali forma
sicut in diebz sequētibz receperunt.
Et hec opinio est magis literata.
sed pma magis sequitur racionem.
¶ Ds enī dupliciter opatur. Aliq̄ nāqz
facit mediante natura. et hec fiunt
successiue. Aliqua facit p se immediate
ut creare. pctā dimitte. grām infunde.
⁊ huiusmodi. et talia fiūt in instanti ⁊ pfcē

et complete. ¶ Cum ergo deus primordiales res non produxerit mediante natura. sed inmediate per se. videtur quod in instanti fecit eas et perfectas et completas. tam in materia quam in forma. ¶ Coequeue sunt hec iiij. primitive rerum creature. celum empirium. angeli. materia mundi et tempus. De distinccione creaturarum in genere. 2.

Creatura triplex est. Corporalis tantum. ut elementa. Spiritualis tantum. ut angelus. Composita ex hiis. ut homo. ¶ Corporalis quoque creatura distinguitur in corpora lucida. ut sunt sidera. et opaca. ut sunt terra et metalla. et huiusmodi. atque perspicua sive dyaphana. ut sunt aer et aqua. ¶ Creature quedam habent esse tantum. ut lapides. quedam vivere ut arbores. quedam sentire. ut animalia. quedam intelligere. ut angeli et homines. ¶ Distinguitur mundus tripliciter. scilicet archetipus id est deus. et dicitur architypus ab archos quod est princeps. et typus quod est figura. quasi principalis figura. quia ipse est exemplar mundi sensibilis. ¶ Item est mundus qui dicitur macrocosmus id est maior mundus. ut est hic mundus visibilis. ¶ Tercius est mundus qui dicitur microcosmus qui dicitur minor mundus. ut est homo. ¶ De hiis tribus Joh. p°. In mundo erat. Ecce primum. Et mundus per ipsum factus est. ecce secundum. Et mundus eum non cognovit. ecce tercium.

¶ Differencia est inter elementum. et elementatum. et quintam essenciam. ¶ Elementum est primum compo[n]ibilium et non compositum. Quoniam nec terra. nec aqua. nec aer. nec ignis. purum est elementum apud nos et simplex. quia ista in se commiscentur. et maxime in ea parte ubi se contingunt. ¶ Elementatum est quodlibet corpus compositum ex iiij. elementis. ¶ Quinta essencia est corpus per se differens ab omnibus elementis et elementatis. tam in materia quam in forma. tam in natura quam in virtute. non habens in se contrarietatem unde nec causam corrupcionis. ¶ Opera sex dierum prout distinxit moyses moraliter sic habentur. ¶ Significat enim rerum creacio ex nichilo. impii iustificacionem. ¶ Firmamenti operacio. boni propositi confirmacionem. ¶ Aque congregacio. cordis adunacionem. ¶ Siderum perfeccio. exemplum bone operacionis. ¶ Piscium et avium formacio. statum accionis et contemplacionis. ¶ Hominis plasmacio. rectitudinem intencionis. ¶ Post ista sequitur septime diei requies significans requiem eternitatis. ¶ Est locus summus id est celum. ubi sola leticia. et est infimus. ubi sola tristicia. et est medius hoc est mundus. ubi sunt summa speranda. et infima timenda.

Diabolus qui a summo corruit. et in ymo detrusus est. quia reparandus non erat. Homo vero a summo non cecidit. sed in medio collocatus est. ut esset ei locus quo ascenderet per iusticiam. vel descenderet per culpam. Item hugo de sancto victore dicit. quod aliquis est locus in quo solum et summum bonum est. scilicet celum. Aliquis in quo solum et summum malum est. scilicet infernus. Aliquis in quo solum bonum est sed non summum. ut paradisus. Aliquis in quo solum malum est sed non summum. ut purgatorium. Aliquis in quo bonum et malum est. sed neutrum summum. ut mundus.

De distinctione orbium tam celestium quam elementarium. 3.

Corporalis mundi machina tota consistit in duobus. scilicet in natura celesti. et natura elementari. Celestis autem distinguitur in tres celos principales. scilicet empireum. cristallinum. et firmamentum. Infra firmamentum vero quod est celum stellatum continentur vij. orbes vij. planetarum qui sunt. Saturnus. Iubiter. mars. Sol. venus. Mercurius. Luna. Est et spera decima inter celum cristallinum et firmamentum. et hoc dicitur primum mobile. Istorum orbium natura est quod omnes moventur excepto celo empireo quod est quietum. Natura vero elementaris in iiij. speras principales distinguitur. scilicet ignis. aeris. aque. et terre.

Spera ignis tria habet insticia. videlicet supremum. et vocatur igneum. et medium ac infimum. quod vocatur olimpum. Aer similiter habet tria insticia. scilicet supremum quod vocatur ethereum. et medium ac infimum. et dicitur aereum. Et in supremo est calor et lux propter solis propinquitatem. similiter et in infimo. scilicet propter radiorum repercussionem a terra. In medio autem insticio ad quod non potest attingere repercussio radiorum est frigiditas et obscuritas. in quo habitare dicuntur demones qui detrusi sunt in hunc aerem caliginosum. Ibi etiam fiunt tempestates. scilicet tonitrua. grando. nives et silia. Ex his colligitur. xvij. orbes terram et aquam ambientes. qui omnes celi possunt appellari. Istos autem excellit celum trinitatis ipse deus. qui est in omnibus et super omnia. Distancia predictorum orbium et planetarum hec est. A terra usque ad lunam sunt milliaria. xv. dc. xxv. Et hec sunt stadia. c. xxvj. A luna usque ad mercurium sunt milliaria vij. dccc. xij. et semisse. A mercurio usque ad venerem. tantum. A venere usque ad solem. xxiij. cccc. xxxvj. A sole usque ad martem. xv. dc. xxv. A marte usque ad iovem. vij. dccc. xij. A iove usque ad saturnum. tantum. A saturno usque ad firmamentum xxiij. cccc. xxxvj. Ex his sequitur quod a terra usque ad celum stella-

tū sūt milliaria. C ix. CCC. lxxv.

De natura celoꝝ et superioꝝ corporum. e.

Celū est corpus primū
natura simplicissimū.
essencia subtilissimū. incorruptibi
litate solidissimū. quātitate maxi
mū. qualitate lucidū. diaphanita
te ꝑspicuū. mātia purissimū. figa
spericū. locali situ supmū. ampli
tudīe creaturaꝝ in se aliarū cōten
tiuū. ¶ Iste ꝓprietates tam celo cō
ueniūt empireo. q̄m pmo mobili.
¶ Sed pter hoc. celū empireum
a motu est extraneū. beatoꝝ spiui
habitaclm. specialit sedes dei ūiuapa
tū. ¶ Siliter pmo mobili cōuenit
specialit. qd est motu velocissimū.
ad inferiora vtutis influxiuum.
¶ Eodem modo dicendū est de fir
mamēto. qd plurime cōueniūt ei
de ꝓprietatibz supradcīs. et insup est
aquaꝝ diuisiuū. ac stellis decoratū.
¶ Corpa celestia diuidūtur in lucē
cia 7 non lucēcia. ac diaphana.
¶ Nam corpus lucens est sol q̄
solus int sidera lucet. ¶ Sed nō
lucencia sūt stelle cetē 7 planete q
lumē suū a sole mutuant. ¶ Cor
pora vo diaphana sūt oēs spere
celestes. ¶ Item oēs spere celestes
cū mouentur non mutāt locū suum.
sed mouentur in locis suis. ¶ Sup
iora influūt in inferiora vtutem
motiuā. vegetatiuā. sensitiuam.
7 oīm genabiliū ꝓductiuā. ¶ Itē
licet careant q̄litatibz elementa
ribz. non eīn sūt calida vel frigida.
sicca vel humida. tamē ista causāt
in inferioribz. ꝯcruptancē non in
fluūt sup liberū arbitriū. nec ha
bent vtutē īmutandi hōis volun
tatē. licet bene īmutent ac dispo
nāt cōplexiones hōis. qz volunta
tē non hēnt quidē cogē. sed scdm
maius 7 min⁹ in dūsis hoībz incli
nare. ¶ Oꝑant quoqz corpora
supiora distinctiuā significacionē
dieꝝ scdm lumen solis. et distinci
onē mensiū scdm motū lune. ac dis
tincōem ~~mensiū~~ annoꝝ scdm mo
tū solis in obliquo circulo. atqz dis
tincōem tēpoꝝ scdm variū cursū
planetaꝝ. distanciā 7 concursum.
ascensū 7 descensū. retrogradacionē
et statum. De natura stellarū
in cōmuni. h.

Stelle supme in firma
mento figuntur. et cū illo
semp mouentur. Materia sūt puris
sime. figura spice. q̄ntitate magne.
apparencia ꝑue. qualitate lucide.
radioꝝ diffusiue. rerū inferiorū
geñatiē. a sole illūinacōis receptiē.
tenebraꝝ expulsiue. q̄nto nox ob
scurior. tanto plus sui manifestatiē.

in psencia solis sui (lunis) occultatie. tem
pestatis et serenitatis concitatie. viaz
navigancium directiue. quanto vicini
ores. tanto in com lucidiores. sed sin
gule nun apparentes ut patet in
galaxia. quantitate et claritate diffe
runt ac virtute. ¶ Galaxia e mul
titudo stellaz paruaz quasi coniguaz
illi loco orbis ubi diffundit lux solis.
¶ Eclipsis solis fit cu soli luna se
submittit. ut tenebras orbis efficiat.
¶ Eclipsis lune fit qn terra int
ponit int solem et luna. et est qnqz
particularis qnqz vniusalis ta lune
qm solis. et hoc vel a seipis vel a
planetis. ¶ Nota qd omes stelle
eclipsant et hoc vel a tra vel a pla
netis. ¶ Planete dicunt qnqz re
trograde. qnqz pgressiue. qnqz sta
cionarie. put in epiciclis suis di
uismode mouent. ¶ Planete sunt
sidera int celu et terra erracia fir
mamento contrariu motu agencia.
Cursu que hent ab influxu pimi
mobilis mouent directe. sed cursu
pprio mouentur obliqz. Non scintillat.
singli suos colores hent. et cu circu
los alioz ingrediuntur. ecia illoz p
ticipant qualitatem. Cu sole mican
tes occultant. Quanto tre ppinquiores.
tanto circulos hent breuiores. quanto
altiores. tanto cursus eoz naturalis
videtur ee tardior. Corpa eoz non
sunt pspicua sed copacta. alioqn no
eclipsaret se.

De luce. 6.

Lux est ut ait phus act'
lucidi. s. qd lucidum.
Unde sciendu est qd
lux est qualitas activa corporis lumi
nosi. sicut calor ignis. ¶ Lux qnqz
dat coloribz esse intencionale. sicut
intellectus agens dat fantasmatibz ee
intellectuale. ¶ Ipsa est mediu de
ferens oia que a celo in nos descendunt.
Ipsam mutuat corpus non lucens a
lucido. ¶ Ipa est ut ait scdus phs.
celi purpura. malefcoz inimica.
navigancium direccio. ocls noctis. fa
cies omn reru. ¶ Lux ut ait Aug'
het rectu incessu. et nullo modo ince
dit p curuu. Hec omibz rebz forma
et decorem tribuit. et absqz illa cuncta
sunt ignota et abscondita. ¶ Mot'
eius est subitus. qz sine mora replet
oia. Hec in supficie umbrosi corporis
non se pfundit. sed in corpe diapha
no. vbi scdm corporis grossiciem vel
subtilitatem magis vel minus pticipat.
¶ Lux ecia sine sui diminucoe vbi
qz se diffundit. ¶ Plures pprieta
tes hes ista de sole que illi conueniunt
in quantu lucet. ¶ Sciendu qd
lux vocatur in corpe luminoso. sed
lumen put est i lucido transparanti.
splendor a in denso. et color put est in
opaco.

De planetis in specie. 7.

Saturnus a nobis est remotissimus. frigidus est et siccus. hoc intelligas in effectu sicut et in aliis planetis. Ex vicinitate eius calor solis remittitur. Ex coniunctione eius cum Ioue clarus efficitur cum natura sit pallidus. et nociuus est. et ipso dominante fetus nascitur mortificatus aut debilis. Plus nocet retrocedendo quam antecedendo. Moratur in quolibet signo xxx. mensibus. ex quo sequitur quod cursum suum complet. xxx. annis. ¶ Iupiter est clarus ad instar lactis candidi. In qualitatibus est bene temperatus. quia calidus et humidus. In superiori parte sui absidis temperat maliciam saturni. Cum ascenderit in circulum saturni trahit pallorem licet sit clarus. In quolibet signo moratur per annum. et ita complet cursum suum. xii. annis. ¶ Mars calidus et siccus est. et ideo nociuus. Ex proprietatibus suis homines irritat ad bellum. Ex interpositione veneris et iouis eius nocuitas reprimitur. Igneus apparet et radiosus. In quolibet signo moratur xl. diebus. ¶ Sol dicitur octies maior terra. sed secundum ptholomeum. c. et xl. vicibus maior est terra. Calidus est et luminosus. eclipsim patitur. communis est omnibus. nube celatur. Solus per se lucet. quod nulli sideri magis competit. vnde et nomen accepit. Stellas illuminat et tamen eas per presenciam suam lumine priuat. Medius est planetarum. Odiosus egris oculis. sed amabilis puris. Tempora distinguit. loca immundis non inquinatur. terram consolidat. gelida dissoluit. Flores aperit. fructus maturat. corpora diaphana penetrat. non requiescit. visum retundit. vapores eleuat. cum spiritum vicissim perlustrat. et appropinquans nobis estatem facit. recedens nobis hyemem facit. oculus est mundi. In quolibet signo moratur. xxx. diebus et. x. horis. Cursum annuum perficit motu proprio. sed diem perficit motu primi mobilis. ¶ Venus est lucifer. calidus et humidus. maliciam martis temperat. Semper comitatur solem. sed quando precedit dicitur lucifer. quando sequitur dicitur vesper. Colorem habet candentem atque fulgentem electro similem. inter sidera plus splendentem. Complet cursum suum CCC. xlviii. diebus. ¶ Mercurius semper cum sole graditur. nunquam ab eo plus quam. xxx. gradibus distans. Colorem habet radiantem. raro propter vicinitatem solis cernitur. eloquencia sub ipso est. Aquis dicitur dominari et seminibus preesse. Cursum suum complet. CCC. xxxviii. diebus.

¶ Luna noctem illuminat. lumen mutuat. augmentum patitur et detrimentum. Infima est inter planetas. eclipsim patitur et efficit. maculas habet propter commixtionem eius cum inferioribus. Item corniculata interdum apparet ex eo quod pars

eius illũinata a nobis absconditur.
Itẽ regia celi nũcupatur. ¶ Sol
tanq̃m medius planetarum participat
proprietates oĩm. et eas ad lunã cũ lu
mine suo transmittit. Ipsa vero luna
quecũq; a sole sic recipit nobis in
fluit. Vñ q2 per eam tali modo virtutes
planetarum recipiunt, merito regia celi
nũcupatur. ¶ Iris visis patet
qd quãcũq; luna primo accendit. op
timũ est semina iacẽ. q2 tũc virtutes
planetarum quas in inferioribz effluit
incipit colligere. Frigida est et humi
da. Solem precedens minuitur. sed cũ
dẽ sequẽs crescit. et ab eo elongatur.
Accessus et recessus maris per eam
causatur. Signa zodiaci quolibet
mense percurrit. De natura quattuor
elementorum. 8.

Ignis cõsumit et incine
rat. in silitudinẽ suã
sibi appropinquãcia conuitit. Mo
tũ facit de centro ad circũferenciam
Ardet et lucet in materia aliena. et
nõ in sua spera. Inferiora reducit
ad superiora. q2 resoluit terrea in aquo
sa. aquosa in aeria. et aerea in se.
Mollificat dura et indurat mollia.
subtiliat. ut patet in resolucõe gla
ciei. et cõdensat. s. lutũ. Depurat
ut patet in auro. et corrũpit. s. ea
que cõsumit. Frigefacit per accidẽs. ut
patet in aceto. Est eciã penetratiuus

cõmunicatiuus actiuus diuisiuus. Item in spera
sua non lucet. q2 cõpactus non est.
¶ Nullũ enim corpus diaphanum
lucet. sed pocius est illuminabile.
Si autẽ ignis in sua spera cõpactus
esset. eclipsaret oẽs stellas que sup
ipsum sunt. Ignis vero hic lucet apud
nos propter materiam coadunatã in qua
est. Et hoc patet. q2 vna candela
opposita alteri facit vmbrã. ¶ Aer
est subtilis. mobilis. perspicuus. per in
spiracõem et respiracionẽ caloris cor
dis temperatiuus. Decoratur volatilibz.
locus impressionũ. mansio spirituũ. est et
alterabilis. leuis. subtilis. atq; rarus.
Non lucet sicut nec aliqd corpus di
aphanũ. sed est illũinabilis. ¶ Aqua
super celos eleuatur. piscibz decoratur.
tẽpestatibz subicitur. oẽs fontes et
flumina ad mare cõtinuantur. ad locũ
unde venerũt reuertuntur. Aeri prebet aqua
informacionẽ. volatilibz ornamentũ.
et vegetabilibz nutrimentũ. Optime
est terminabilis termino alieno. sed mi
nime termino proprio. Corpus est diapha
nũ. oĩbz est cõis. in cristallũ cõgelatur.
ymbrem in nubibz causat. sordes purgat.
ortos irrigat. febricitantes sua frigi
ditate et humiditate delectat. naues
vehit. lumen recipit. ad suũ princi
piũ recurrit. loca vacua subit. lapi
des cauat. ignẽ extinguit. oliuam mun
dũ purgauit. in mari rubro populo dei

z Al'. cõicatiu⁹.

cessit. de latere xpi fluxit. Hac xpc
in vinū mutauit. ac de ipsa matiam
baptismi ordinauit. ¶ Terra int
elementa infima est. nigra magis
ꝙ despecta. ponderosa. rotunda. ele
mentis alijs circūdata. mat fructuū.
radix plantaꝝ. nutrix aīaliū. edifi
cioꝝ fundamentū. defunctoꝝ recepta
clm. machine mūdialis centrū. con
cludit in se infernū. frigida sicca. opa
ca. corporis humani matia. seruat
metalla. centro tenet. motu ex vapo
ribꝫ inclusis cōcutit. herbis ac floribꝫ
⁊ arboribꝫ decorat. circa eā motu cir
culari celū cū sideribus voluit. hoībꝫ
⁊ iumentis calcat. ¶ Homī quedā
tre cōpetūt scdm esse suū. quedā scdm
situ suū. quedā scdm cōtentum suū.
quedā scdm ornatū. quedā scdm vtili
tate.

De impssionibꝫ aeris. 9.

Cometes licet appareat
quasi stella. nō est tamē
aliud qm aer inflāmat
ex vicinitate ignis. Hec comas lu
mis fundit. et dr significare mutacio
nē regni. aut bella. aut pestilencias.
¶ Corona est circls albus qui qnqꝫ
apparet circa solem vel lunā vel stel
las alias. et causat ex reliqīs nubiū
planetaꝝ radijs attractis ⁊ illūinatis. Tal
ecīa circls signū est serenitatis. ¶ Ac
sub est duplex .s. ascendens vel descen
dens. Ascendens fit ex ptibꝫ vaporis
inflāmati in suppmo aeris. et videt
ascendē sicut si euolaret scintille de
fornace. Assub vo descendens est ig
nis retentus in nube. qui tamē expel
lit obuiante nube frigida ⁊ cadit con
tinue. ppt quod videt quasi cadēs stel
la longa que relinquit vestigia casus
post se. ¶ Lumē quod videt nocte
discurrentibꝫ se pcedere est vapor cō
pactus descendēs. cui cū nichil obui
et accendit fricacōe sui ipsi et aliqu
diu stat in aere. ¶ Draco dicitur
vapor fortis cōglobatus. cui frigida
nubes est ad latus vnū. ⁊ calida ad a
liud. Et tūc ppt cōueniencia ad calidū
attrahit ad illud. et ita incendit pars
anterior ⁊ hoc videt quasi spiramē dra
conis. Media vo ps curuat quasi ser
pens. ⁊ volat semp ad illud latus ubi
calidū circūstat ipsū. ¶ Nubes
sunt qn virtute solis extrahunt vapo
res de aquis ⁊ paludibꝫ ac locis humi
dis ⁊ ferūtur sursū. ¶ Nebula est
illud quod ex nubibꝫ aquā pluētibꝫ
relinquit. et ideo nebula signū est se
renitatis. ¶ Caligo est vapor tene
brosus quē vulgus appellat nebulā.
Iste vapor nō eleuatur. sed pusqm
cōuitatur in nubes vel in pluuiam
depuntur ⁊ remanet iuxta terram.
¶ Ros est quod descendit ex vapo
re puo. et in descencōe tradit in puis
minucijs. ¶ Pluuia est aqua des

cendens ex nubibꝫ resolutus. veloci
tatem hn̄s sue descensionis. ⁊ hoc gut
tatim. ¶ Pruina est ex vapore
rorido qui congelatur antequam ex ipso
resoluatur aqua. ¶ Nix generatur
in nube calida. cuius cōgelacio simul
fit cū comixtione in aquā. et ideo partes
eius non inspissantur. ¶ Grando
generatur ex nube calidissima virtute
solis multū eleuata. que postquam in
aquā resoluitur. tūc demū in medio
interstício aeris congelatur. ¶ Toni
truū est sonus vaporis sicci egredi
entis de nube humida. sed fragor di
uisinus qui post ipsum sequitur vel prece
dit fit ex ignis extinctiōe in ventre nu
bis. ¶ Coruscacio est illūinacio
vaporis sicci incensi in vapore hu
mido. ¶ Fulgur generatur ex va
pore grosso eleuato et calore siccato.
quia cū sit ignee nature vi ventorum
descendit et vrit contra naturā ⁊ nichil
ei resistit. Estate precipue ⁊ in montibꝫ
frequēter perimit. ¶ Fulmen est va
por terrestris inflāmatus qui quando
tangit nubem qui iā est in conuersi
one ad aquā cōgelatur. sic quasi decoq
tur fortissimo calore ⁊ induratur in
lapidem qui vocatur telū tonitrui.
et scindit quicquid inuenit. ¶ Iris
est lumen solis receptū in nube con
caua ⁊ aquosa ac soli ex aduerso oppo
sita. ¶ Glacies est aqua cōgelata.

¶ Ventus est vapor terreus aeris
superiora transcendens. et aerem fortiter
percuciendo impellens. ¶ Venti sūt
sūt. iiij. principales. s. subsolanus ab
oriente temperatus. hn̄s a dextris vul
turnū desiccantē. et a sinistris eurum
nubes generantē. ¶ Item a meridie
est auster calidus. qui fulmina gignit
⁊ pluuias largas. hn̄s a dextris affri
cū calidū. et a sinistris nothū temperatū
quidē. sed pestilencias inducentem.
¶ Itē a septētrione est aquilo frigidus.
hn̄s a dextris circiū. niues facientē
⁊ grandines. a sinistris boream nubes
cōstringentē ⁊ prohibentē. ¶ Item ab
occidente est zephirus producēs flores.
a dextris hn̄s chorum tēpestatē ac
pluuias ⁊ tonitrua generantē. a sinistris
fauoniū nubila. sed serenā iudiciem
facientē. ¶ Turbo est ventus de
nube egrediens in seipsum reflexus.
vel duo venti lateraliter sibi occurrētes
sese iuxta terrā orbiculariter inuoluētes.
¶ Terremotus est vapor grossus
extractus de profundo terre non potens
exire de profundo propter superficiei illius soli
ditatē. sic quasi coartatus in uisceribus
concauitatibus terram concutit.

De tempore. ió.

Tempus est mensura mo
tus rerū mutabiliū. Ex
hoc patet quod hic est tempus ⁊ non in
celo. quia hic mutantur oīa ⁊ nō in celo.

Hic enim nunc est yemps. nunc estas. nunc pax. nunc discordia. nunc tranquillitas. nunc tempestas. ¶ Mutabilitas rerum ostenditur in hoc quod ea que mundus precipue amplectitur. scilicet potencia et sapiencia in oriente ceperunt. et nostram habitacionem percurrerunt usque in occidente. in signum quod omnia tendunt ad occasum. Nam studium sapiencie cepit in egipto. post fuit in grecia. post rome. deinde in francia et in anglia. Similiter regna fuerunt primo in oriente. post apud romanos. nunc potestas imperii residet in germania. Propter hoc comparat Jacobus vitam nostram et hec mutabilia vapori. Ysaias. Somno et baculo arundineo. et liber regum. aque dilabenti. ¶ Hora est inter tempus et evum et eternitatem. Nam tempus habet principium et finem. Evum caret principio sed non fine. Eternitas caret utroque termino. quia est mensura increata. ¶ Iste sunt etates mundi. ¶ Prima est ab Adam usque ad Noe. habens annos secundum hebreos. i. dc. lvi. sed iuxta lxx. interpretes. ii. CC. xlii. ¶ Secunda est a Noe usque ad Abraham. habens annos secundum hebreos. CC xc. ii. sed secundum latinos. cii. lxxii. ¶ Tercia est ab Abraham usque ad david. habens annos secundum hebreos. DCCCC. xlii. sed secundum latinos. C. xxxvii. ¶ Quarta est a david usque ad transmigracionem babilonis habens annos secundum hebreos. CCCC. lxxiii. sed secundum latinos et lxx. CCCC. lxxxv. ¶ Quinta est a transmigracione babilonis usque ad christum. habens annos secundum hebreos. D. lxxxix. sed secundum latinos et lxx. D. lxxviii. ¶ Igitur ab exordio mundi usque ad christum habemus secundum hebreos annos prosequente beato Jeronimo. iii. DCCCC. lii. sed secundum. lxx. quos greci sequuntur. v. D. viii. ¶ Eusebius autem quem orosius secutus est inter utrosque medius numerat annos. v. C. xC. viii. quos pene latini omnes secuti sunt. ¶ Sexta etas est a christo usque ad finem mundi. ¶ Septima etas est quiescencium. et currit cum sexta. ¶ Octava est resurgencium. ¶ Porro secundum hebreos in prima etate sunt. x. generaciones. In secunda. x. In tercia. xiiii. In quarta. xvii. quas tamen mathei gracia misterii. xiiii. ponit. In quinta. xiiii. ¶ Etates hominum sunt iste. ¶ Prima est infancia. a nativitate hominis usque ad annos vii. ¶ Secunda est puericia. usque ad annos. xiiii. ¶ Tercia est adolescencia. a. xv. usque in xxviii. ¶ Quarta est iuventus usque ad xlix. ¶ Quinta est senectus. a quinquagesimo anno usque ad. lxxviii. ¶ Sexta est decrepitus. ab anno lxxviii. quousque finiatur vita. ¶ Dominice diei dignitas notatur in hoc quod fuit prima dierum. Item ut dicitur

erit vltima dies. Item nox illa precessit. Item nox illi non succedet. Item celum et terra creata sunt in ea. Item angelus in ea conuersus est ad deum. Item data sunt in ea primo mandata filijs israel. sicut dicit origenes. Item xpc in ea natus est. Item xpc in ea resurrexit. Item in ea spiritus sanctus datus est apostolis. Item in ea homines resurgent et iudicabunt. Item in ea continuandum est perpetue in laude dei.

De angelis in com. ii.

Angelus est secundum damascenum. substancia intellectualis. semper mobilis. arbitrio libera. incorporea. deo ministrans. inmortalitatem suscipiens secundum graciam non naturam.

Substancia ponitur in hac diffinicione pro genere. et ponitur ad differenciam accidentis. Intelligitur hic substancia qualiscumque. Qualiscumque composita est. s. ex eo quod est et quo est. Intellectualis ponitur pocius quam racionalis. quia racio est virtus collatiua cause et causati. et ideo composita. Intellectus autem racione sui non habet collacionem. sed est sine inquisicione et collacione et composicione. et ideo competit nature simplici magis pro differencia. ut est angelus. Racio autem differencia est nature minus simplicis. s. hominis. Semper mobilis. non dico de loco ad locum. sed mobilitas dicit hic triplicem vertibilitatem in angelo. s. nature. intelligencie. et voluntatis.

Mobilitatem autem habet nature. quia omne creatum vertibile est in nichil. nisi manu omnipotencie dei contineatur. Similiter angelus mobilitatem habet intelligencie. quia licet in angelo non sit vicissitudo intelligencie quia simul scit. dico quo ad scita cognicione in verbo cum dei formam habeat intellectum. secundum dyonisium. potest tamen in eo ad cognicionem rerum in ipsa natura esse vicissitudo intelligencie quo ad discenda. Et hoc est quod ait augustinus quod omne creatum habens intellectum intelligit vnum post aliud. Item in voluntate mobilis est angelus. quia non simul vult hoc et illud. Item potest dici semper mobilis motu dileccionis. Arbitrio libera. hoc non dicitur propter deflexionem ad bonum indifferenter et ad malum. sed propter liberam eleccionem eorum que volunt. Vnde angelus bonus semper eligit libere bonum. et angelus malus libere et sine coaccione eligit malum. Incorporea. Non quod angelus habet proprietatem corporis non naturam. s. in loco contineri. Cum enim corpus sit in loco circumscriptiue et diffinitiue. angelus autem tamen diffinitiue est in loco. Deo ministrans. Hic ponitur ministerium pro quocumque obsequio. et secundum hunc modum tam assistentes quam ministrantes. quam eciam demones ministrant. Inmortalitatem suscipiens. secundum graciam non naturam. quia tenderet in nichilum nisi per graciam

conseruacois tenetur. ¶ Angelo attribuuntur .iiij. s. essencie subtilitas. intelligencie perspicacitas. liberi arbitrij facultas. discrecio personalis. In primis tribus conuenit aia cu angelo. in quarta non. qz aia no est persona. ¶ Habet et alia tria angls. s. virtuositate in operando. officiositate in ministrando. inmutabilitate post electione siue in bono siue i malo. ¶ Differencie .iiij. assignant inter angelu et aiam. ¶ Prima est et principalis penes esse naturale. qz aia est vnibilis corpi etia actu separata. angls no. ¶ Secda est penes esse logicu .i. diffinicione. qz aia racionalis est. sed angls intellectualis. quia non apprehendit nisi inquirendo et conferendo. angelus aute intuendo. ¶ Tercia assignat penes esse methaphisicu .i. separatu a materia et motu. qz angls non het passibilitate nisi respectu superioru. aia vo respectu inferior sensibiliu. qz inmutatur a sensibilibz. ¶ Quarta est penes esse theologicu. qz aia est vertibilis a bono in malu. et econuerso. angls vo non. qz manet in eo ad qd se vertit siue bonu sit illud siue malu. ¶ Angeli sut omnes siles in eo qd sut inmortales. inuisibiles. indissolubiles. simplices. discreti psonis. incomutabiles. incomunicabiles alteri nature. Sed dissiles sut in donis nature et gre et glie. ¶ Prterea dicit dionisius qd in oi natura spuali creata. aliud e essencia. aliud virtus. aliud operacio.

Distinctio ierarchiarum. 12.

Ierarchia triplex est. s. supercelestis. celestis. et subcelestis. ¶ Supercelestis e in tribz psonis. Celestis. in ordinibz angelicis. Subcelestis. in hoibz scis. ¶ Porro ierarchia celestis diuiditur i superiore. mediam. et inferiore. ¶ Superior cotinet tres ordines. s. seraphyn. cherubyn. et thronos. Quor primi cosiderant dei bonitate. scdi sapienciam. tercij equitatem. In primis deus amat ut caritas. In scdis noscit ut vitas. In tercijs sedet ut equitas. ¶ Media cotinet dnacoes. principatus. et potestates. Quor prim officia regut angelor. sequetes capitibz psunt ppłor. Vltimi potestate cohercet demonu. In primis dnatur ds ut maiestas. In sequetibz regit ut principatus. In vltis tuetur ut salus. ¶ Inferior ierarchia silit cotinet tres ordines. s. virtutes. archanglos. et angelos. Ad quor priores ptinet miraclor operacio. Ad scdos magnor negocior denunciacio. Ad tercios humane custodie sollicitudo. Item in primis ds operatur ut virtus. In scdis reuelat ut lux. In tercijs inuitat ut spiritus. ¶ Hic attende qd i qualibet

ut quidam dicut. sed male. Prima scdm. Dionisium ierarchia dicit ordine. et ille absolute no est in tribus psonis. sed tumodo orde nature.

triū ierarchiarū p̄missarū notac̄
t̄nitas psonarum diuinarum. ut pater ī
celesti ierarchia tam in suꝑiori q̄m
ī media q̄m eciam ī inferiori.

De proprietatibz angelorum in cōi. 13.

Angeli scd̄m ysidorū sūt
spūali sb̄a facti. ante oēs
creaturā creati. natura
mutabiles conditi. sed contēplacione
 īmutabiles facti. acto īpassibiles. mēte
racionales. felicitate securi. futurorum
p̄scij. multi mundū regūt. nulli corpa aerea
sumūt. in celestibz cōmorant. ¶ Ber
nardus de eodem. Inuestigem⁹ inuesti
gabilia. Et p̄mo sp̄us esse potentes.
gliosos. beatos. distinctos in psonas.
dispositos in dignitates. ab inicio sta
tes in ordīe suo. pfectos in genē suo. ī
mortalitate p̄ciosos. mente puros.
affectu benignos. religione pios. v
nanimitate indiuiduos. pace securos.
diuinis laudibz et obsequijs deditos.
¶ Item scd̄m Bernd. In anglis est
dignitas creacōis. gr̄a cōfirmacōis.
amor creatoris. visio diuinitatis.
¶ Est in anglis potencia sicut sup̄
dictū est. essencie subtilitas. intellige
cie pspicacitas. liberi arbitrij facul
tas. agilitas. velocitas. ppter oēs
obediūt. maiores sine elacōe p̄sūnt.
minores sine vicio subsūt. ad exteriora
exeunt. ab interiori contēplacōe non
recedūt. Omnē virtutem inferiorum
suꝑiores ꝑticipant. et non econūso.
Qui excellūt in natura. p̄cellunt in
gr̄a et glia. In eodem ordine credunt
alij alijs esse digniores. ¶ Dupli
cē hn̄t visionē. s. matutinā et vespti
nā. Illuminacionē quā a suꝑioribz
recipiūt alijs tribuūt.

De proprietatibz et officijs singulorum ordinū. 14.

Proprium est seraphyn in
amore dei ardere. et alios
ad incendiū diuini amo
ris p̄mouē. et deū ordinate diligendi
formā tribuere. Isti īmediate deo inni
gūtur. et ideo p̄mo et pfectius in ipsos
opantes theophanie deferunt. z ld ali
ud quoqz extra amatū non dñitunt.
¶ Cherubim quoqz p̄mo et p̄ncipalit
relucent diuini lūis radio. p eo qd̄ vi
cini⁹ p̄ime v̄itati iungūtur. Horum offi
cium est p̄mouē hoīes ad diuinā cognicionē.
Ideo p̄ ceteris dicunt lucere. qz plen
tudinē quā suscipiunt alijs inferiori
bz cōicando transfundunt. ¶ Dñaci
ones dicūtur. eo qd̄ ceteris angelis do
minantur. z ab oī oppssione sūt liberi.
et nulli inferiori subiciūtur. Horum
offiū est scd̄m Greg. in bello spūali
instruē. qualit oporteat p̄lacōis offi
ciū exercere. et qualit debeant subdi
tis dñari. Horū eciam offiū ē scd̄m
Dionisiū. timore seruili deposito ī deū
moueri et incessant ei famulari. ¶ Prin
cipatus subditis angelis p̄sunt. et eos

ad ministeriū diuinū explendū dis
ponūt. Ad hos ptinet scđm Dyoni
siū. vniūsale regimē vni' regni vl' gētis p
gducūm p̄mouendū dei similitudinē. Ministeriū quoqȝ eoꝝ
est scđm Greg. docere hōies exhibere
reuerenciam vnicuiqȝ scđm gradū suū.
Horū etiam est p̄mone hōies ut nō
ꝑpt vtilitatem ꝑpam. sed ꝑpt soli' dei
amorē & honorē faciant iusticiam.
¶ Potestatibȝ scđm ysidorū. v'tutes
aduerse subiecte sūt. ne tantū no
ceant q̄ntū vellent. Horꝝ offīm est
scđm Greg. illos qui spūali certamine
desudāt confortare. et ne regnū spū
ale amittat defende. et scđm Dyonis.
ad ipsos spectat angelos inferiores
q̄ntū possibile est diuine potencie cō
formare. ¶ Virtutes infatigabi
les sūt ad execucōem faciendoꝝ & ro
busti ad percepcionē munerū. Horū of
ficiū est scđm Dyonisiū. docere p̄latos
ut facile & p̄seuerant' que ad offīm p̄lacio
nis ptinet exequant'. et ipsi onera
sustineant pacient'. ¶ Item p istos
miracula fiūt. et v'tus faciendi mira
cla p̄fectis concedit'. ¶ Archangli
sūm nūcij nuncupātur. et summa nū
ciant. Horū officiū est scđm Greg.
de illis que ptinēt ad p̄mocionē fidei
ut de natiuitate xpi & fr̄is eius hōies
expedire. et demones ab hōibȝ remo
uere. Et scđm Dionisiū. ꝑphecias re
uelare. Isti illūinacōes quas a supio
ribȝ suscipiūt. inferioribȝ denūciant.
et p eosdem nobis. ¶ Angeli sūt in
disposicōe celesti vltimi. et hōibus
magis ꝓpinqui. ¶ Angl's nomen
est officij nō nature. Isti minora nū
ciant. et hōies ad diuina cognicionē
ducūt. & ut iuste viuāt instruūt. Hii
sursū extendūtur p dilectionē dei. et
in semetipsis firmātur p custodiam
sui. et sub se pgrediunt' ad auxiliū
p̄rimi. ¶ Nos autē assilari debem'
seraphin p dilectionē. cherubin p cog
nicionē. thronis p equitatē. dn̄acōibȝ
carnē subiugando. p̄ncipatibȝ. reuen
ciam nr̄is maioribȝ exhibendo. potes
tatibȝ. tēptacōibȝ diabolicis resistendo.
¶ Item assilari debem' v'tutibȝ p cō
passionē. archangelis p instruccionē.
angelis p obsequij exhibicionem.

De cognicōe & motu angeloꝝ. ch.

Angeli cognicionē hēnt
matutinā. hoc est cogni
cionē rerū in vbo. Item
cognicionē vespertinā. i. cognicionem
rerū in se. Itē meridianā. i. apta
dei visionē. ¶ Est & alia cognicō
angelica p'ut. s. maiores indicant
minoribȝ. que p diuinas theophanias
pceperūt. ¶ Theophania vō est
ostencio alicui' cognoscibilis de deo p
illūinacionē de deo venientē. et hoc
potest esse in simbolis vel facie ad fa
ciem. ¶ Nota qđ cognoscēde reꝝ
¶ ip̄a natā ágl's cognosc'

plura simul habitu et non actu. nisi ea que
sunt sub vna specie. ¶ Circa incarna
cionem et passionem xpi sciuerunt angeli
substanciam facti. sed non omnes circumsta
cias. ¶ Postea quecumque cognoscunt
angeli. cognoscunt remota sicut propinqua.
quia cognicio eorum non est per sensum sed per
intellectum. ¶ Status angeli triplex est.
scilicet innocencie. gracie. et glorie. ¶ Distin
guitur motus angelorum tripliciter secundum
Dionisium. scilicet circularis. rectus et obli
quus. ¶ Circularis est ab eodem in
idem. et circa idem centrum immobile. hunc
motum habent angeli. quia immediate reci
piunt illuminaciones a deo et per illas reu
tuntur ad deum. Istud autem conuenit supre
mi ierarchie tantum. ¶ Item motu
recto mouentur qui procedunt ad prouiden
ciam subiectorum recte omnia transcuntes. et
ibi non reuertuntur ab eodem in idem.
sed de vno ad aliud. ¶ Item in ange
lis motus obliquus est. quando cogitacione
inferiorum quibus prouident reflectunt in
deum principium et finem pulcri et boni.
¶ Nota differenciam inter assistere
et ministrare. quia assistere est faciem dei
contemplare. Sic assistunt omnes angeli
boni. ¶ Item assistere est immediate
recipere illuminaciones a deo. Sic assistunt
tres primi ordines tantum. ¶ Item est propin
quare deo et extraneum esse missioni ad
extius. Sic assistunt ~~assistunt~~ quatuor
primi ordines. ¶ Ministrare vero est

nunciare pro temporis oportunitate. vel
operari secundum officium. Est enim ministerium
nuncij et officij. ¶ Erratum est eciam
circa motum angelorum tribus modis.
¶ Dicebant enim quidam philosophi quod angeli
numquam mouentur. sed mouent speras et vo
luntates hominum. ¶ Item dixerunt quidam
quod angelus sit in pluribus locis. et eciam
vbique si voluit. ¶ Item dixerunt
alij quod angelus sic venit de fine spacij
quod non transit media. sed transilit. ¶ Il
lud quoque pretermittendum non est quod v
numquisque ordo ab eo denominatur. quod
respectu inferiorum ordinum excellencius
accepit in munere. De prelacionibus ange

P Resunt quidam ¶ lorum. 16.
angeli regionibus ut dicitur
in Daniele. Princeps
grecorum et persarum. etc. ¶ Quidam
vero presunt ecclesiis. ut in Apocalipsi. Angelo
ephesi ecclesie scribe. etc. ¶ Item alij
presunt personis. Actuum. Angelus petri cre
debatur ad ostium stare. ¶ Quidam
eciam malignus spiritus dicitur vicijs pre
esse. vnde vocatur aliquis spiritus luxurie.
vel superbie. et huiusmodi. ¶ Que autem pre
laciones permaneant et que cessent post
hanc vitam. Sciendum quod ierarchie sta
bunt semper quantum ad instanciam beatitudinis
et quantum ad gradum dignitatis. et nobi
litatem doni gratuiti. ac nature. et eciam
in quantum superiores reducere debent infe
riores in theophanias glorie. ¶ Cel

sabūt autē p̄lacōes angelice super hōies ⁊ angelos quo ad actū regiminis scd'm gubnacionē mūdi. ⁊ electoꝝ scd'm gubnacionē mūdi. et scd'm viā ad patriam. ¶ P̄lacio autē est in demonibꝫ quo ad offm̄ insultandi et irridendi. s. scd'm qd' vnus ꝑuocat alterū in malicia. ⁊ hoc nō destruet᷑. ꝑs. Suꝑbia eoꝝ qui te oderūt ascendit semꝑ. nec destruetur q̄ntū ad maliciā ⁊ naturā. Cessabit autē p̄lacio eoꝝ quo ad offm̄ tēptandi eos qui sunt in via. ¶ In hōibꝫ autē p̄lacōes euacuabūtur. qꝛ non erūt decani. centuriones. ciliarche. ⁊ hui'. ¶ In creatis silit᷑ cessabit p̄lacio. qꝛ suꝑiora non mouebūt tūc inferiora sicut modo.

De confirmacōe angeloꝝ. 17.

Confirmacionē hēt angl's ex tribꝫ. s. ex natā. grā. ⁊ glīa. ¶ Ex natura. qꝛ natura spūalis tm̄ semel ē v'tibilis. nisi ex vnione ei' cū alio. sic̄ patet in aīa. que dū est in corꝑe potest sepi' mutari de bono in malū. et econūso de malo in bonū. soluta vero non. Hui' autē racio est. qꝛ natura pure spūalis ꝑpt' simplicitatē suam totā se conūtit ad id quod eligit. qd' non facit natura vnita. qꝛ corpus hēt retrahēs. ¶ Ex grā silit᷑ hēt confirmacionē. qꝛ si aliqd' conectitur stabili etno vinculo ꝑpetuo. illa conexio semꝑ manet. Sic angeli colligati sūt stabili etno. s. deo vinculo indissolubili. s. caritatis. Apl'us. Caritas nūq̄m excidit. ¶ Ex glīa quoqꝫ hēnt eam. qꝛ cū deū hēant per glīam qui est forma cōpletiua angelici desiderij. nō vagatur extra ipm̄ ut querāt quicq̄m ipso melius. vel desiderabili'. vel iocundi'. Nichil enim in creaturis inueniūt quod possit eos a fonte dulcedis auertere. ¶ Tenendū est itaqꝫ qd' angeli boni ex libertate arbitrij ad deū conūsi. statim fuerūt ad grām ⁊ glīam in volūtate cōfirmati. fideles ac felices effecti atqꝫ in racione illūinati. ut non solū cognoscent res in ꝑ'prio genē. sed eciā in arte hoc est in v'bo. ¶ Acceperūt insuꝑ ꝑfectionē in v'tute oꝑatiua. siue assequātur illā assūpto corꝑe siue alias. Atqꝫ ꝑfectionē in v'tute contēplatiā. qua quocūqꝫ mittant' intra deū currūt.

De custodia angeloꝝ. 18.

Angeli nobis ad custodiā deputati. tenēt nos stātes ne cadam'. et cadentes nos adiuuant ut surgam'. nec vnq̄m nos deserunt eciam peccantes q̄n semꝑ sunt parati auxiliari si velim'. ¶ Hoc tamen fallit in obstinatis a quoꝝ custodia desistit angl's actualit᷑. paratus est tū custodire si redire velint. q̄m nūq̄ deseritur hō ex toto ab angelis. ¶ Nō

qd' xpc hūit sibi deputatū anglm si
cut hēbit vnū antixpc. q̄uē licet ppt
nimiā obstinacionē non sit habitur'
ad pmocionē. hēbit tamē ad accusa
cionē. ¶ Effectus autē angelice
custodie est multiplex. ¶ Pmus est
impedimēta boni et occasiones mali
remouere. Exodi. Mittā anglm pcur
sorem q' eiciet iebuseū. ¶ Scds
est tēptacōes mitigare. Daniel. An
gls dñi descendit in fornacē et c. ¶ Ter
cius est cont' hostes visibiles adiuua
re. Regū. Heliseus vidit castr' anglōz.
¶ Quartus est elemosinas nr̄as
et orōnes deo psentare et p nobis ora
re. Tobie. Qn̄ orabas cū lacrimis et c.
¶ Quintus est viam ostendere. Tobie.
Ego sanū eū ducā et reducā. ¶ Sex
tus est in agendis docē. zacharie. ij.
De angelo qui instruxit eū de. iiij. fabris.
¶ Septimus est seipm et alia secreta
reuelare. Tobie. Ego sum Raphael
angls. ¶ Octauus est a pccis excita
re. Act. xij. Surge velociter. ¶ Non9
est ad feruorē excitare. iij. Regū. Sur
ge comede. grandis enī tibi restat via.
¶ Decim9 est consolari. Tobie. For
ti aīo esto. in pxio est ut a deo cureris.
¶ Vndecim9 est de pcco increpare.
Iudic. Dixit angls pplo israel. cur
hoc fecistis. ¶ Duodecim9 est po
testates contrarias arcere ne tantum
noceant q̄ntū vellent. Tobie. Ang'

angls asmodeū ligauit. ¶ Angeli
nobis seruiunt ppt tria. s. ppt ruine
sue reparacionē. Hoīes enī saluandi
intrabūt locū cadenciū anglōz. ¶ Itē
ppt meriti accidentalis cumulacionē.
quod auget in eis usqz ad diē iudicij.
¶ Itē ppter amoris erga nos demon
stracionē. ¶ Dion. attribuit angelo
tres actus. s. purgare. illūinare. et p
ficē. ¶ Purgāt itaqz angeli amouē
do fantasmata que impediūt illūina
cionē quā angls intendit facē in nobis.
Vn̄ tria remouēt ab aīa. s. ignorā
ciam. et nubila fantasiarū. et falsas o
piniones phicarū racionū reuelacōi
cōtrariaz. ¶ Illūinat vero aīam
tplr'. s. ad sensū. ut patet qn̄ mani
festant aliqd in corpe assūpto. ¶ Itē
ad ymaginacionē. s. cū fumositates
que p spm animalē ad cerebrū eleuā
tur transmutāt in diu'sa fantasmata.
et hāc potestatē eciā diabolus habet.
¶ Item ad intellcm. et talis illūina
cio solū pfecta est. ¶ Notandū au
tē qd' angls non illūinat intellcm effi
ciendo cognicionē in aīa. qz nō potest
in intellcm nouā spēm imprimere. nec
habitū noui lūis dare. sed nec eius in
tencōem quo vult conuerte. ¶ Nec
enī tria requirūtur ut intellcs nost'
aliquid intelligat. s. spēs qua cognos
cat. et lumē quo cognoscat'. et intencio
qua conu'tat se intellcs sup speciem.

¶ Illuminat autem angelus intellectum nostrum tum excitando et disponendo. facit enim ut dictum est in fantasia transmutationem specierum componendo et diuidendo secundum exigenciam rei quam vult reuelare. ¶ Item irradiat lumine intellectus sui super illas ut moueant intellectum nostrum. et sic plura et subtiliora videri possunt in lumine duplicato. ¶ Item excitat intencionem anime aliquo motu ut se conuertat super illa fantasmata abstrahendo ab alijs. perficit eciam .i. promouet in melius. ¶ Utrum autem angelus incendere possit affectum humanum. Nota quod hoc potest tripliciter intelligi .s. vel efficiendo. vel mouendo. vel excitando necet adiuuando. ¶ Primo modo solus deus potest inflammare affectum. ¶ Secundo modo ipsum desideratum inflammat affectum. ¶ Tercio modo potest angelus affectum nostrum incendere. ¶ De his habemus exemplum in naturis rerum. Quia ignis primo modo accendit ligna. Secundo modo ligna accendunt ignem. Tercio modo qui ligna apponit igne accendit. ¶ Differencia est inter immittere cogitacionem. et incendere. et mentem illuminare. Quia cogitacionem immittere est ut dicit Beda. motus creare et facere cogitacionem. Incendere est iam factam inflammare. Illuminare vero est dare reuelacionem de aliquo occulto intelligibili. De locucione angelorum. 19.

Uerbum triplex est .s. mentis. oris. operis. ¶ Uerbo mentis loquitur deus angelis. et econuerso. Item deus anime. et econuerso. Item diabolus deo. cui tamen intencio tamen latere non potest. ¶ Uerbo autem oris loquitur homo homini. et angelus homini in corpore assumpto. ¶ Sed verbo operis loquitur deus diabolo. et angelus diabolo. ¶ De locucione itaque angelorum. Nota quod angelus loquitur deo cum in motum admiracionis ex visis insurgit. vel cum affectus suos ei presentat. quos tamen eum non latere minime dubitat. ¶ Angelus vero loquitur angelo mentis sue species ostendendo. mediante illuminacione quadam spirituali irradiante ab ipso. ¶ Item angelus facit aliquid coram angelo. quo facto intelligit quod ante non intelligebat. et sic locuntur omnibus omnes .s. maioribus minores. et econuerso. ¶ Item loquitur angelus angelo per applicacionem sui ad ipsum. sicut ex applicacione speculi ad speculum resultat ymago vnius in alio. Sic non locuntur omnes omnibus. nec omnia. sed tamen superiores inferioribus de his que per theophanias percipiunt. ¶ Loquitur autem angelus homini dupliciter. ¶ Primo modo verbo vocali in assumpto corpore. Sed tunc sicut non profert sonum in organis materialibus secundum naturam. ita non articulariter immutat medium quemadmodum est in voce naturali. Unde non audit-

nisi ab illo ad que ordinatur. Et similiter
in apparicionibus angelorum. quos quidam
vident. et alii eque propinqui non vident.
ut apparet in helyseo et puero eius.
¶ Dicunt tamen quidam quod angelus numquam
apparuit vel apparet. aut loquitur
homini in subiecta creatura. sed intencio-
nem sine similitudine ponit in oculo eius.
vel intencionem vocis ponit in aure
eius et ibi recipit sensus communis species illas.
ac deinde perveniunt ad ymaginacionem.
et post hoc ad intellectum. et hoc est quod
dicitur angelus apparere vel loqui homini.
¶ Secundo modo loquitur angelus homini per
impressionem rerum sensibilium instrumento
ymaginis. et sic loquitur vigilantibus et
dormientibus. ¶ Loquitur eciam angelus
diabolo insculpendo similitudines rerum
alicui corpori. ubi diabolus legit.
¶ Item loquitur diabolus homini dupli-
citer. quia quandoque sensus immutando. et hoc
vel ymaginem alicuius rei imprimendo in-
strumento visus. vel obiciendo visui
similitudinem alicuius rei. ¶ Secundo mo-
do loquitur diabolus homini per impressionem
rerum sensibilium instrumento ymaginis.
et hoc facit quandoque vigilantibus. quandoque
dormientibus. et sic immittit cogitacio-
nem mali. Cogitacionem vero malam non
potest immittere. que tamen per consensum
mala fit. ¶ Est et locucio animarum.
Quia anima loquitur deo per desiderium.
cuius affectiones nude sunt dei oculis et a-

perte. ¶ Et anima similiter loquitur angelo. sed
hoc per voces corporis. quas bene percipit
angelus sicut et alia sensibilia. Verum anima
existens in corpore aliqua spirituali potes- al. speciali.
tate loquendi non indiget ad angelos.
sed habebit exuta corpore. ¶ Item anima lo-
quitur diabolo. Quia similitudines affectio- al. sensibus.
num imprimuntur carni. ubi diabolus eas legit.

De specialibus nominibus angelorum. 20.

De michaele et gabriele et
raphaele. Sciendum quod hec
sunt nomina propria archangelorum.
licet eorum interpretaciones et aliis sint communes.
Sed eorum propria nomina sunt. quia eis horum inter-
pretaciones conveniunt excellencius. ¶ Micha-
el interpretatur. quis ut deus. Hic est de
ordine principatuum. et attribuuntur ei
iiij. s. esse prepositum paradisi. i. ecclesie sicut
olim fuit synagoge. Item deferre animas
in paradisum. Sed hoc intelligas quod
quandoque temptat quis dei potenciam. ut cum
signa petit. Quandoque dei iusticiam. ut cum
per candens ferrum. vel per duellum. vel per
silia iusticiam querit. Quandoque dei mise
ricordiam. ut cum quis bonitatem dei ex
aminans committit se stultis periculis.
¶ Item in seipsum similiter peccat quis
tribus modis. videlicet. necessaria subtrahendo
sibi. Item superflua ministrando. Item
ultra vires quippiam aggrediendo.
¶ In proximum etiam peccat quis tripli
citer. scilicet proximo sua auferendo. Item sua
sibi in necessitate non communicando. Item
malo exemplo ipsum in peccatum trahendo.
¶ Sumuntur ergo divisiones peccatorum
secundum causam formalem. et hoc tribus mo — alias peccata
dis. quia secundum qualitatem. vel secundum quan
titatem. vel secundum relacionem. ¶ Secundum

qualitatem sumitur hec diuisio. Peccatum aliud est commissi. aliud delicti. Quorum primum est preuaricacio preceptorum negatiuorum. Secundum est preceptorum affirmatiuorum. Item predictum peccatum duplex peccatum est contra duas partes iusticie. que sunt declinare a malo. et facere bonum. ¶ Item alia diuisio sumitur secundum qualitatem. Scilicet. peccatorum quedam sunt carnalia. quedam spiritualia. Sed carnalia maioris sunt infamie. spiritualia vero maioris culpe.

¶ Secundum quantitatem sumitur hec diuisio. Peccatorum aliud mortale. aliud veniale. Quorum primum dicitur peruersio. secundum vero deordinacio. ¶ Omne mortale peccatum est auersio totalis ab incommutabili bono. et conuersio totalis ad bonum commutabile.

¶ Sed peccatum veniale est amor voluptatis in creatura. citra deum tamen. ¶ Secundum relacionem sumitur hec diuisio.

¶ Peccatorum aliud actuale. aliud originale.

¶ Ultimo sumuntur diuisiones secundum causam finalem. et hoc dupliciter. Quia uel secundum ipsum appetibile. uel secundum actum hominis appetentis. Secundum ipsum appetibile sumitur hec diuisio. Omne quod est in mundo aut est concupiscencia carnis. aut concupiscencia oculorum. aut superbia vite. Quorum primum est appetitus deliciarum. Secundum appetitus diuiciarum. Tercium est appetitus honorum. ¶ Secundum actum hominis appetentis diuiditur peccatum in septem vicia capitalia. scilicet. Superbiam. inuidiam. iram. accidiam. auariciam. Gulam. luxuriam. ¶ Nota quod quinque sunt genera operum. Nam quedam sunt mala in se. ut illa que secundum suam naturam sunt mala. possunt tamen per aliquam circumstanciam fieri bona. sicut homicidium.

¶ Quedam sunt mala secundum se. ut illa que per nullam circumstanciam possunt fieri bona. sicut est odire deum. fornicari et huiusmodi.

¶ Quedam sunt bona ex se. ut que sunt bona ex genere. et tamen possunt fieri mala ex circumstancia. sicut est dare elemosinam.

¶ Quedam sunt bona secundum se. ut que per nullam circumstanciam possunt fieri mala. sicut est diligere deum ex caritate. ¶ Quedam sunt indifferencia. ut que nec bona nec mala sunt. possunt tamen bona uel mala fieri. sicut est mouere pedem sine deliberacione. uel comedere quicquid.

De effectu peccati. i.

Multa mala facit peccatum homini. et ante mortem. et in morte. et post mortem. ¶ Ante mortem peccatum hec operatur. Naturalia vulnerat. ut significatur in illo qui incidit in latrones. Quia intellectus obscuratur in cognicione veri. et affectus tepescit in operacione boni. ¶ Gratuitis spoliat. Treni. Dispersi sunt lapides sanctuarii. et cetera. ¶ Ne autem aliquod bonum pereat. illa bona opera que quis peccando mortificat. aliis saluandis tribuuntur. Sicut quando corporali morte quis moritur. heres et propinqui eius in bonis succedunt.

¶ Aliam maculat. Treni. Denigrata

est super carbones facies eorum ꝛc. ¶ Ad
penam eternam obligat. Gen. Quacumque
die comederis ex eo ꝛc. ¶ Conscienciam
amaricat. Jerem. vide quam malum et
amarum sit dereliquisse deum ꝛc. ¶ In
durat. Proverbiorum. Peccator dum in profundum
peccatorum venit contempnit. ¶ Insensi
bile reddit. Gen. videbatur eis quasi
ludens loqui. Simile habes in cane sub
mergendo. qui non sentit in collo lapidem
donec in aqua extra navem proiciatur.
¶ Aliam occidit. quia vera vita .i. deo
privat. Regum. Saul irruit in gladium
suum. ¶ Sed nota quod peccatum veniale
disponit ad mortem. mortale vero infert
mortem. sed obstinacio detinet in morte.
¶ Ad alia peccata trahit. Greg. Peccatum
quod per penitenciam non diluitur, mox suo
pondere ad aliud trahit. Exemplum
habes in caym. qui egressus .s. a gracia
occidit fratrem. Eodem modo in figura.
egressus corvus de archa interceptus
est aquis. Et dina egressa ut videret ꝛc.
virginitatem amisit. Et judas egressus
xpm tradidit. Et post adulterium david
secutus est homicidium. et sic patet quod
peccatum pena est peccati. ¶ Peccatum enim quod
in se culpa dicitur. precedentis peccati pena
est. Et ita dicitur culpa et pena. Sed culpa
dicitur racione accionis. pena vero passionis.
Quia culpa est quod facimus. pena vero quod
patimur. Licet igitur omnis culpa sit a nobis
non tamen omnis pena est a nobis. Immo quedam

dam est a nobis acta. quedam a deo inflic
ta. quedam a primis contracta parentibus.
Et quia enim qui facit quod non debet iustum
est pati quod debet. ideo omnis pena iusta est
et a divina providencia. ¶ Quod autem
unum peccatum nascatur ab altero sic apparet.
Superbus quia vult omnes precellere dolet si ali
quis ei equatur. et sic ex ea nascitur invidia.
Invidus quia de facili irascitur ei cui invidet.
ideo ex ea nascitur ira. Sed ira cum per se
vindicare non potest. tristatur. ideo ex ira
nascitur accidia. Accidia querens sola
cium. facit avarum. Avaricia autem quia in
temporalibus abundat. potest magis exer
cere gulam. Gula vero propter ventris re
plecionem. de facili spumat in libidinem.
et ita generat luxuriam. ¶ Bona que
fuit infructuosa reddit. et quantum ad me
ritum et quantum ad premium. Sicut ramus pre
cisus ab arbore non profert fructum. sed a
rescit et habilitatur ad incendium. De
talibus deut. dicitur. Maledictus eris ingre
diens et egrediens .s. ecclesiam materialem
ad orandum. quia talium oracio non est me
ritoria. Immo dicit Aug. quod si tales
signant se cruce. includunt in se pocius
diabolum quam excludunt. quia in eis per effectum
habitat. ¶ Ex homine infernum facit.
Quia in peccatore est ignis avaricie. fe
tor luxurie. tenebre ignorancie. vermis
consciencie. sitis concupiscencie. demones per
effectum et huiusmodi. ¶ Vacuum tandem
hominem relinquit. Gen. Terra erat in

aius ⁊ vacua. Et merito. qꝛ mundo
adherentes sugũt vbera arencia. eo
qđ relinquũt fontem vite ⁊ venã aquaꝝ
viuenciũ. ⁊ ex paludibꝫ turbidis se saci
ant. ¶ Fallendo decipit. sicut lignũ
putridũ de nocte lucens. ⁊ sicut esca in
hamo piscem decipit. ¶ Stultum
hoīem demõstrat. Quia peccando q̃s
oppⁱmendo sibi omnis inponit. et ligna sup
dorsũ cremanda colligit. et illi seruit q̃
p seruicio illũ torquebit. Aug⁹. Stultũ
est in tali statu viuẽ. in quo quis nõ au
det mori. ¶ Sequitur qđ pc̃m in
morte grauat hoīem. Quia in morte
ꝓuatur homo solacio visibiliũ que di
lexit. s. cibo. potu. amicis. rebus. liuīne.
requie. ꝓpo ꝓuatur corpe. quod nũq̃m
in tali forma recipiet. Immo vellet
hẽre sicut q̃ꝫ p dimidia pte corrosum
est a vmibꝫ. Quia stupebit pc̃orus aĩa
qñ corpus resumendũ videbit. ¶ Tur
babitur pc̃or in morte qñ videbit conc̃
sum demonũ ad aĩam. parentũ ad res.
Tren̄. Omnes inimici eius apphenderũt
eam int̃ angustias. ¶ Postremo vi
dendũ est qualit̃ pc̃m ꝓuat hoīem
post morte. ¶ Confusione hẽbit ex
opũ denudacõe. ꝓpha. Reuelabo pudẽ
da tua in facie tua. ¶ Exprobracõem
xpi audiet in iudicio. Mathi. Esuri
ui. ⁊ non dedisti michi manducare. ⁊ c̃.
¶ Requie ⁊ luce ꝓuabitur. Mathei.
Ligatis manibꝫ ⁊ pedibꝫ piĩte eũ in te

bras. ⁊ c̃. Et iñ non valebit cantari iste.
Requiem eťnã dona eis dñe. ⁊ c̃. ¶ Suf
fragijs ecclie non gaudebit. Isay. Ver
mis eoꝝ non morietur. et ignis eoꝝ nõ
extinguetur. ¶ In infernũ ꝑcipitabitur.
Exemplũ de lapide molari quẽ piecit
Apoc. angls in mare dicens. Hoc impe
tu babilon mittetur in infernũ. ¶ A deo
⁊ electis ⁊ oībus bonis sepabitur. Mathei.
Ite maledicti in ignẽ eťnũ. ¶ A statu
penitendi cadet. Ierem. Transijt estas
finita est messis. ¶ Oĩs spes miscdie
ꝓscidetur. Isay. Non remanebit testa
ut portetur igniculus. s. caritatis de me
dio aut hauriatur parũ aque de fouea. s.
diuine miscdie. ¶ Sicut itaqꝫ nocet
pc̃m in pc̃o existenti. ac in pc̃o moriẽ
ti. sic quoqꝫ multipliciť nocet pc̃m ipm
deserenti ⁊ de ipso penitenti. Quia gl̃iam
ꝓme innocencie nũq̃m recupabit. Sicut
eñ corrupta de cetero v̈go non erit. ita
semel peccans nũq̃m se non peccasse gau
debit. ¶ Istud multis modis osten
ditur. Nam post sanacionẽ vulnus sep
manet cicatrix. Item qui furatur semper
fur dicitur. Item domus eius domus dis
calciati potest de certo dici. Item symon
quẽ dñs mundauit a lepra post emũda
cionẽ tñ semp vocabatur symon leprosus.
Item templũ quod reedificatũ fuit post
destruccionẽ ꝓmi nullo modo fuit silẽ p̃
ori tẽplo in pulcritudine. ¶ Ad penã
temporalẽ obligat. Vñ non exibit inde

donec reddiderit nouissimũ quadrantẽ.
¶ Item regnũ celorum non intrabit do
nec lignũ. fenũ. stipula. i. pena pctorum
tam mortaliũ quam venialiũ q i psenti solu
ta nõ sint sup ipz pctorum cremauit. ¶ Al
glia retardat. Quod figuratũ est in
absolon. qui postquam pri reconsiliatus
fuit. mansit tñ duob; annis qd faciem
eius nõ vidit. ¶ Itẽ tam diu differet
aliquis a glia. quousq; fiet sine oĩ ma
cula sicut erat in baptismo. ¶ Tem
pus amissũ et preciũ quod sibi conq
rere potuit cum precio nunquam recup
abit. Jereni. Qui vendidit ad id quod
vendidit non reuertetur. ¶ Obscurat
oclm cognicõis. Et hoc pt stercora irũ
dinũ que ipm excecauerant. ut significa
tur in tobia. et pt trabẽ que intus erat.
Aug. Oclis egris lux est odiosa. sicut
noctuis et vespilionib;. ¶ Ad hec nõ
de quodã ceco quẽ licet dñs illuminauit
non tñ statim pfecte vidit. sed vidit p
mo quasi arbores hoĩes ambulãtes.
¶ Affectũ reddit tepidũ. Sicut vul
neratus eciã sanatus claudicat. Et ar
bor motus de loco suo vtutis aliquid
amittit. Vñ dictũ est hoĩ post pctm.
Spinas et tribulos germinabit tibi.
Et dcm est serpenti. Sup pectus tuũ
gradieris. ¶ Fastidiũ boni generat.
Exodi. Alia nra nauseat sup cibo isto
leuissimo. Aug. Palato non sano.
pena est panis. qui sano est suauis.

Idem dixit de se postquam conuersus fuit.
Plus valebat malũ molitũ. quam boniũ
insolitũ. ¶ Ad bene opandũ impe
dit. Gen. Uxor loth respiciens retro
versa est in statuã salis. s. qd sterilẽ facit
terram. Idem. In dolore paries filios. s.
bonorum operũ. ¶ Ad resistendũ tẽp
tacõib; debilitat. Judicũ. Sampson
post abscisionẽ crinium amisit vires. Et
arbor lesa p securim cicius vento deicitur.
¶ Afferuorẽ minuit caritatis. Sicut e
clipsis solis diu postmodũ nocet terre.
p eo qd modico tẽpore sibi vtus radiorum
solis subtrahit. Regũ. Dauid senuerat
et cũ operiretur vestib; non calefiebat. Et
aqua calorẽ ignis vel minuit vel extin
guit. ¶ Dolorẽ et timorẽ semp de ce
tero postmodũ infligit. Dolorẽ quidem.
qr certus est de ppetrata culpa. Timorẽ
autẽ. qr incertus est de venia. Aug. Pe
nitens semp doleat. et de dolore semp gau
deat. et non semp se doluisse doleat.
¶ P pctm corrũpitur potestas liberi
arbitrii dupliciter. s. in agendo. et in susci
piendo. In agendo quidẽ. qr non potest
semp facere qd debet. uel vitare qd nocet.
In suscipiendo autẽ. qr grãm stabilem
non potest suscipe in hac vita. ¶ Itẽ
racio dupliciter corrũpitur. s. quantũ ad
discrecionẽ iudicii int bonũ et malũ. Itẽ
quantũ ad deliberacionẽ consilii. int expedi
ens et inexpediens. ¶ Item corrũpitur
affectus dupliciter. s. in ordine et in modo.

Quia nec semꝑ est ordinatus. nec seꝑ moderatus. ¶ Peccatū nocet mltis. Scilicet. ipi facienti. ps. Peccatū meum contra me est semꝑ. ¶ Hijs qui sūt in purgatorio. quos non possūt pecca tores adiuuare tam efficacit̓ sicut si esset in grā. ¶ Ipsis dampnatis. et hoc ꝑ modū cōminacōis. Quāto enī plures in inferno sūt. tanto maior horror et pena. Fallit enī in inferno illa regula. Sola ciū est miserorū consortes hēre penarū. ¶ Saluatis. et hoc ꝑ modū subtracci onis. Nam ex consorcio et societate gli ficatorū hētur gaudiū accidentale. ¶ Deniqꝫ nocet ipsis viatoribꝫ. tum ꝑ eo qd̓ acies eorū contra demones minuit̓ in illo qui peccatū ꝑpetrat. tū ꝑ eo qd̓ ali quos exemplo malo corrūpit et scanda lisat. ¶ Multa mala eueniūt hōi similiter ex eo qd̓ in peccatū a quo ꝑ peniten ciā surrexerat residiuat. ¶ Primū est qd̓ hō fit impotencior ad resurgendū. Hebr. Jmpossibile ē eos qui semel illu minati sūt. et c. ¶ Secūdū est qd̓ via nō fortificatur ad impugnādū. Augꝰ. de se loquit̓. Plus inquit valebat ma lū volitū. qm̄ bonū nolitū. ¶ Ter ciū est qd̓ culpa fit difficilior ad remitte dū. Jeremi. O qm̄ vilis facta es nimis iterans vias tuas. Vnū dicitur qd̓ vul nus iteratū tardi˜ sanatur. ¶ Quartū est qd̓ d̓s fit difficilior ad placandum. Regū. De semey. qui ad p̄mā peticionē

inuenit misericordiam. eo tū pacto qd̓ staret in ierlm. Sed qm̄ secūdario p̄cessit. sine vlla misericordia est occisus. ¶ Quintū est qd̓ diabolus est difficilior ad expel lendū. Luce. Tūc assumit septē spūs nequiores se. et inhitāt ibi. et cetera. ¶ Sequit̓ de corrupcōe speci. modi. et ordinis. ¶ Vnū nota. bonitas na turaliū comparata ad aīam quia speci osam facit. dr̓ spēs. ¶ Sed cōpata ad opus quod modificat. dr̓ modus. ¶ Comparata vo ad finē. s. ad deū ad quē ordinat̓. dr̓ ordo. ¶ Alio modo dicitur corrupcio speci dissilitudo aīe ad deū. Nam spēs aīe silitudo dei est. ¶ Corrupcio vo modi est diminucio extencōis vtualis siue infirmacio po tencie. que est ex hoc qd̓ anima non sustentat̓ cibo spūali gustando qm̄ su auis est dn̄s. ¶ Corrupcio autem ordinis est in aīa. cū aspectus et affcūs deorsū est ad creaturas ext̓ sitū natu ralē. Cū enī hec sūt quasi caput aīe. sursū sunt ad deū in naturali situ et ordine. Alioqm̄ hō erit quasi euersus. ¶ Aliter est p̄uacio speci deformitas siue carencia debite rectitudis ac volūtatis. Rectitudo autē volūtatis est ut non de clinet a suis extremis. s. a deo p̄ncipio et a deo fine. ut videlꝫ que hēt oīa a deo p̄ncipio. referat eciā oīa ad deū finem. Cū enī sibi q̄s quod hēt attribuit. aut ponit aliū finē qm̄ deū. curuus est.

Al'. p̄cauit.

¶ Item priuacio modi est excessus
proprie voluntatis a deo. et conuersio ipsius
ad creaturam. ¶ Item aliter creatura
racionalis a summo bono est secundum tri
plicis cause similitudinem. s. efficientis cau
se. formalis. et finalis. et ideo nata est
agere opera sua a deo. et secundum deum. et propter
deum. et secundum modum. speciem. et ordinem
sibi insitum. Sed quia eadem raciona
lis creatura de nichilo facta fuit. potu
it deficere in suis accionibus. ut s. operaciones
sue non essent a deo. ac per hoc non secundum
deum. nec propter deum. Hoc autem est peccatum
ipsius speciei. modi. et ordinis. corruptiuum.

De peccato originali secundum rem. 8.

Expedito de peccato in genere.
dicendum est de peccato in specie.
et primo de peccato originali.
et post hoc de peccato actuali. ¶ Licet
igitur anima non sit ex traduce. tamen origi
nalis culpa transit ab anima ade ad animas
posterorum mediante carne per concupiscen
ciam generata. ita quod sicut ab anima pec
cante infecta fuit caro ade et prima ef
fecta ad libidinem. ita seminata secum
trahens infectionem viciat animam. Ex
quo patet quod peccatum originale est in car
ne et in anima. Sed in carne materialiter
et originaliter. In anima vero formaliter. et
tanquam in suo subiecto. ¶ Sola e
nim anima est susceptibilis virtutis et vicij.
Et tamen sicut dictum est ex coniunccione ipsius
ad corpus corruptum contrahit illud
vicium. sicut quando cadit quis in lutum fe
datur et maculatur. ¶ Talis autem
infeccio anime non tantum est pena. sed eciam
culpa. Ipsa vero culpa que macula est
deletur in baptismo. Pena autem que
fomes appellatur siue peccandi pronitas
remanet post baptismum. Sic enim cura
tur in baptismo culpa quantum ad reatum
dampnacionis eterne quod tamen remanet ipsa pe
na quantum ad actum et motum concupiscencie
cum qua oportet nos quamdiu viuimus pug
nare. ¶ Non extinguitur concupiscen
cia per graciam totaliter in aliquo homine. quod
dico propter beatam virginem in qua fuit ex
tincta in concepcione filij per graciam singula
rem. ¶ Ex predictis patet quod persona
corrumpit naturam. et econuerso natura
corrumpit personam. Nam per peccatum primi
hominis corrupta est humana natura.
Sed natura sic corrupta corrumpit
personas alias. ¶ Nota autem quod cor
rupcio persone est reatus mentis. Cor
rupcio vero nature est infeccio carnis.
prout est principium ad carnem alteram.
¶ Denique nullo modo debet imputa
ri deo infeccio anime. licet eam creando in
fundat et vniat cum carne infecta. Quia
ordinatissimum fuit quod humana natura
ita conderetur quod condita propagaretur. et
quod pro peccato puniretur. Tamen sicut in condi
cione seruatus est ordo sapiencie. et in propa
gacione seruatur ordo nature. sic in puni
cione seruari ordo debuit iusticie. et ita

qd non est contra diuinā equitatē
si ad posteros culpa trāsmittitur.
¶ Dicendū est g° qd originalis cul
pe trāsfusio non est a deo nec a natā
condita. sed a vicio pmi hōis ppetra
to. Et hoc est qd ait Aug°. Qd pctm
originale non trāsmittit ad posteros
ppagacio sed libido. ¶ Sic enī con
ditus est homo ut spūs pesset corpori
et corpus subesset spūi qm diu ille obe
diret suo conditori. Et econūso si spūs
nō obediret deo. iusto iudicio corpus in
ciperet ei rebellare. ¶ Sic ergo si A
dam stetisset corpus eius obediens ei
esset. et tale ad posteros transmitteret.
¶ Sic adam ex quo peccauit & caro ei°
facta est ei rebellis. oportet qd tale ad
posteros trāsmittēt. et qd deus scdm in
stitucionē pmariam eidem corpi aīam
infundat. Ex hoc patet qd est causa origina
lis pcti in filio. Sed causa hic intelligi
in gene esse efficientis. Oēs pp cōcupiscē
ciam nati nascunt° filij ire. ppter quod i
currim° multiplicē defectū tam corporis
qm aīe. ad quas subsequit° pena mor
tis & pena carencie diuine visionis. et
amissionis glie celestis. & Non solū in
adultis. verū eciam in puulis nō bap
tisatis qui pena mitissima inter ceteros
puniuntur. qr solam penā dampni hent
sine pena sensus. ¶ Originale pec
catū sic curatur p baptismū in parēte.
qd nichilominus ab eo qui curatus est
trāsmittitur in prolem pctm originale.
Sicut videmus circūcisus generat
filiū cum pputio. et granū mūdū semi
natū pcreat granū cū palea. Et hec
est racio. qr homo generat filiū. non
scdm qd creatus est in mente. sed se
cundū qd corruptus est in carne. nō
scdm qd spūalis. sed scdm qd carnalis.

De pctō originali scdm nomen. 9.

Originale pctm hēt multa
noīa. & hoc multiplici ra
cione. ¶ Scdm enim
qd originale pctm cōparatur ad aīam.
vocat° infirmitas. qr reddit aīam impo
tem resistendi motib;. Item feditas. qr
p ipsam aīa maculatur. Item prauitas ppt°
continuā inclinacionē appetitus ad ma
lū. Itē corrupcio. qr ducit ad nichilū. i.
pctm. Item viciū. qr est diminucio bonoz.
Itē langor nature. qr durat in natura
corrupta. ¶ Habet eciam nomina
scdm qd compatur ad corpus. Quia vo
catur lex carnis. eo qd lege diuina carni
sit inflictū. Item lex membroz. qr mo
uet organa ad opa cōcupiscencie. Itē
tirann° ppter dñacionē violentam in
ipso cōcupiscibili. Item fomes. qr sicut
cinis fouet ignē. ita p ipm fouetur
pctm in carne scdm actū nutritiue & ge
neratiue. Item stimulus carnis. qr stimu
lat carnem ad puos motus. et aīam
ad consensū. ¶ Habet quoq; noīa
put compatur ad actus delectabiles.

Scd'm hoc vocatur cōcupiscencia. que sonat viciū in actu, put viciū est in adultis. Item cōcupiscibilitas. que sonat viciū in potencia, put est in puulis.

¶ Habet eciam nomē put cōpatur ad pmū hoiem a quo contrahitur. Sic vocatur pctm originale. quod est carencia debite iusticie.

¶ De pmis motibz. 10.

Cum in pctm aliud sit actuale. aliud cōtractū. ipm pctm actuale frequent' a pmis motibz hēt ortū. ¶ Vnde sciendū qd' in statu innocētie non monet' sensualitas nisi scd'm motū racōis. Ideo stante hoīe nō potat in eo esse pctm eciam veniale.

¶ Pmi motus et si pticularit' et singillatim possint declinari. oēs tn nullo modo possūt caueri. Quia sic sūt pcta qd sunt eciam pene pcti. et ideo dicunt' mito venialia. qz hoc ipso sūt digna venia. ¶ Pmus motus sic describitur. qd' est motus sensualitatis secundū impulsū fomitis impetuose tendens ad fruicionē creature delectabilis. ¶ Duplex motus distinguitur qntū spectat ad ppositū siue ad psentē materiam. s. pmo pmus. qui est naturalis. et scd'o pmus. qui est sensualitis. ¶ Cum g' loquimur de pmis motibz qd sunt pcta. intelligendū est de scd'o pmis. Quia pmo pmi non sūt pcta cum sint naturales et extra genus moris. quod patet p hoc qd nō sequunt' ymaginacionē. sed solūmodo qualitatū naturaliū actionem.

¶ Motus autē scd'o pmi sunt pcta qz sūt actus inordinati in genē moris. qd patet p hoc qd tales motus sūt sensualitatis que subiacet in talibz dnio voluntatis. Voluntas est pncipiū moraliū. sicut hētur in vij. methaphisice. Hic est qd ibi genus moris incipit. vbi primo dnium voluntatis inuenitur. hoc autē est in sensualitate. ¶ Quamuis g' ppter racionē pdcam sit in sensualitate pctm. non tn ppter hoc erit mortale sed tm̄modo veniale. qz voluntas non hēt dniū completū supra pmos motus qui sūt sensualitatis. ut in illis actibz qui ex impio voluntatis pcedunt. sed hēt in eis dominiū incōpletū sicut est in illis actibz qui non p impiū racionis pcedūt. et tn voluntas tales motus sensualitatis impedire potat. et ideo sūt pctm veniale. ¶ Pmi motus ideirco sensualitati ascribunt'. qz taliū motuū pncipiū est sensualitas et eciam subiectū. ¶ Dicendū g' qd pmi motus scd'm pdicta sūt pcta venialia triplici racōe. ¶ Pmo qz monēt illicitum. ¶ Scd'o qz sūt quodāmodo voluntarij. non scd'm se. sed qz sicut dictū est non impediunt' a voluntate. vel eciā ppter pcedentem apphensionē. ¶ Tercio ppt' delectacionē annexam. Cū eni aīa

dicte. et hoc est tripliciter. ¶ Quandoque enim hoc est a natura. sicut est in malencolicis. in quibus secundum philosophum. continue mordetur natura propter quod semper sunt turbulenti. et sic nullum est peccatum cum sit motus naturalis. ¶ Quandoque est ab appetitu indeliberato. et tunc est veniale sicut alii primi motus. ¶ Quandoque est a voluntate deliberativa. et tunc est mortale peccatum. De accidia.

Accidia ex genere est veniale peccatum. Quia secundum augustinum accidia est tedium intimi boni. Hoc autem non opponitur caritati. sed dicit diminutionem fervoris caritatis in quo consistit omne peccatum veniale. Istud ergo tedium vel est motus naturalis. et sic nullum est peccatum. vel est motus appetitus contristati de opere spirituali laborioso. et sic est veniale. quamvis etiam ille appetitus sit deliberatus. Quia consensus in veniale non est nisi veniale. Accidia vero sicut dictum est ex genere et per se veniale est. ¶ Vel hoc tedium redundat in omissionem eorum que sunt necessaria saluti. et tunc est mortale. ¶ Si autem tedium illud ex omissione boni et difficultate aggrediendi bonum ducit in desperationem. tunc iam accedit ad peccatum in spiritum sanctum. ¶ Et si tedium illud ita crescit quod etiam ducit ad tedium vite in tantum quod inicit sibi manus. tunc iam similis erit Jude qui laqueo se suspendit. De avaricia.

Avaricia secundum Tullium. est inmoderatus amor habendi. Hoc ergo aut consistit in appetendo. aut in acquirendo. vel retinendo. ¶ Si primo modo. hoc est quinque modis. Primo. quia appetit aliena appetitu completo qui procederet in opus si esset facultas. sic est mortale peccatum. ¶ Secundo. quia appetit illicita voluntate completa. ut si aliquis indignus conatur beneficium ecclesiasticum adipisci. sic iterum est mortale. ¶ Tercio. si appetit talia sive sint illicita. sive aliena cum appetitu condicionato. scilicet si posset habere sine offensa dei. ac iniuria proximi. et tunc est nullum. vel est peccatum veniale. sive talem actualiter condicionem addat. sive habitualiter eam intendat. ¶ Quarto si simpliciter appetit habere superflua. et hoc appetitu suffocante mentem a cura sui et consideracione divinorum. et hoc est peccatum mortale. ¶ Quinto si superfluo amore inheret temporalibus. tamen infra amorem dei. hoc tamen veniale est. ¶ Si autem avaricia consistit in acquirendo. hoc est tripliciter. ¶ Quia vel acquirit res iniuste quocumque modo. et tunc est mortale. ¶ Vel acquirit res per tale opus. aut artem. aut officium. quod per se mortale peccatum est. si etiam esset sine lucro. et tunc est mortale. ¶ Vel conquirit talia per operam illicitam. que veniale peccatum est. ut cum quis verba iocosa componit ad lucrum. salva tamen honestate. et hoc est veniale. nisi aliquis

ꝓpter delectacionē dissolucōis totaliter
det se talibꝫ. tūc enī mortale est. Dico
autē ꝓpter delectacionē. Quia si aliqˢ
ꝓpter necessitatē ꝓ talia sustentacionē
sibi conquireret. cū aliam artē lucrosā
nesciret. non reputarē eū in statū dā-
nandorū. ¶ Si autē auaricia con-
sistat in retinendo. hoc potest esse q̄ūqꝫ
modis. ¶ Primo. qꝛ retinet sicut
ea que restituere tenetur. ⁊ aīo retinendi.
sic est mortale pc̄m. ¶ Scd̄o. qꝛ re-
tinet ea que ad necessitatem suā ꝑtinent
⁊ suorū. vel ad cōseruacionē status sui
⁊ suorū. scd̄m qd̄ decet suā dignitatem.
hoc non est pc̄m. ¶ Tercio. qꝛ re-
tinet sup̄flua respectu vtriusqꝫ tam
dādorū ⁊ hoc tēpore extreme necessitatis
alienuˀ. sic est pc̄m mortale. ¶ Qrto.
qꝛ retinet sup̄flua eciā citra extremā
necessitatē ex insaciabili cupiditate. sic ē
mortale pc̄m. Precipuū autē signū ta-
lis affc̄ūs est. cū quis pocius res pu-
trescē sinit apud se. q̄m vtiliť alijs dis-
penset. ¶ Qnto. qꝛ retinet super-
flua quedam ex inordinato amore tē-
poralium ꝓ q̄uē modicū deficit a medio
largitatis. saluo tn̄ statu v̄tutis. sic est
veniale. ¶ Nota qd̄ auaricia est
ex genē mortale pc̄m. qꝛ ab aplō ydo-
latrie cōꝑatur. Non qꝛ sit de spē illiˀ
pc̄i cū nō hēat actū eiˀ. sed qꝛ aliqd̄ silē
facit ydolatrie. s. seruiendo creature
pocius q̄m creatori. De gula.

Gula ē ex genē veniale pc̄m.
qꝛ appetitus comedendi ex
sua racōe non subiacet dn̄io voluntatis.
¶ Gula est inmoderatus appetitus co-
medendi. quod potest esse q̄uqꝫ modis.
¶ Primo. si est ibi solus appetitus cibi.
et hoc nunq̄m est pc̄m. nec delectacio
cibū consequēs est pc̄m. in quantū or-
dinatur cōtra defectū sibi contrarium.
Hec enī pure sūt naturalia. in quibꝫ
non est meritū nec demeritū. ¶ Scd̄o.
si appetitui necessitatis adiungitur appe-
titus delectacōis ⁊ voluptatis in cibo.
hoc est veniale pc̄m. ¶ Tercio si ē
ibi transgressio p̄cepti. ut cū aliquis sine
necessitate soluit ieiuniū ecclīe. vel q̄n re-
ligiosus comedit carnes. cū hoc in suo
ordine sit ꝓhibitū sub p̄cepto. tunc est
pc̄m mortale. ¶ Quarto. cū appe-
titus edendi est cū libidine. uel q̄n nimio
uel finali affectu inheret delectacioni
cibi. ⁊ hoc est mortale pc̄m. ¶ Qnto.
si inducitur in cōsuetudinē talem que
facit totam vitam hōis delectacionibꝫ
huiˀ deputari. Hec tam vicina sunt
mortali pc̄o. qd̄ ebrietas ab aplō int
pc̄a mortalia cōputatur. ¶ Ebrie-
tas tn̄ q̄uqꝫ est veniale pc̄m. ut q̄ndo
vltra necessitatem aliqˢ accipit. scd̄m
mensuram tn̄ imperceptibilē. Qn̄ vero
quis egreditur a mensura ꝑceptibili
scd̄m racionē bn̄ ordinatam ad discer-
nendū. ⁊ hoc in tali mensura ex qua

ut no cunt'

eñtitur status mentis effrenata li
bidine. tūc peccat mortalit'. qū deo
hoc ꝓponit. ¶ Si quis ante aliquē
inebriat ita .s. inuitans eū ad potū
ut intendat statū eius mētis euertere.
et hoc facit in eius nocumentū. pec
cat mortalit'. Quia magis aufert ei
qm̄ si auferret ei aliqd temporale qꝛ v
sū ratōis ei tollit. De luxuria.

Luxuria ex suo genē est mor
tale pc̄m. qꝛ est cont' illud
preceptū. Non mechaberis. ¶ Concu
piscencia luxurie distinguit' .vij. mod'.
¶ Primus est cū concupiscēcia consis
tit in primo motu tm̄. et sic est veniale
pc̄m. ¶ Scd's est. cū ~~pc̄m~~ sequit'
consensus delectacionis licet in opus
non procedat. et sic est mortale pc̄m.
¶ Tercius est cū consentitur etiam
in opus. et sic iterū est mortale.
¶ Quartus modus est cū concupis
cencia non solū tenetur corde sed etiā
pascitur visu. et sic iterū est mortale.
Math'. Qui viderit mulierē ad con
cupiscendū eam. et c. id est hoc aīo et
fine attendat mulierē ut eam concu
piscat. Quia scd'm aug'. hoc non ē
iam titillari. sed plene cōsentire libi
dini. Sū ante dicitur ad concupiscē
dū eam. Quia si aliquis videret mu
lierem ut rem pulcrā et ulterius nō
procederet. tunc vel nullū esset pc̄m.
vel solū esset pc̄m curiositatis

¶ Quintus modus est in stultiloqio.
ut cū quis mulierem precatur. vel
propter libidinē hēt cū ea familiaria
colloquia. et est mortale. ¶ Sext'
modus vocatur ab apl'o. turpitudo.
Glosa. ut in osculis et amplexib; Hoc
est ī mortale pc̄m. Et tanto grauius
precedentib;. quāto magis p talia libido
accenditur propter nimiam approxima
cionē ad ignem. ¶ Notandū vo
qd' tangē mulierem pter intencionē
non est pc̄m. Siliter tangē cū inten
cōe. sed ex utilitate. non est pc̄m.
Sed tangē ex libidine vel osculari
ad se non ptinentē. pc̄m ē mortale. ¶ Septim' modus ē cū concupiscēcia procedit in opus et tunc consistit esse mor.
¶ Notandū qd' est differencia int'
primos motus genatiue et nutritiue
Qui primus motus in genatiua sep
pc̄m est. nisi p sacramentū excuset'
.s. matrimonij. Sed non semp ī nu
tritiua. qm̄ potencia cōcupiscibilis
non tm̄ corrupta est in nutritiua si
cut in genatiua. De hac materia
require sup' in titulo primo ubi agit'
de speciebus luxurie. De pc̄o in spm scm. 23.

Quamuis omē pc̄m sit genaliter
in deū trinū et vnū. ap
propriate tn̄ dicitur aliqd pc̄m esse in pa
tre. aliqd in filiū. aliqd in spm scm.
¶ In patre cū peccatur ex ipotē
cia. In filiū ex ignorancia. In spm
sanctū ex malicia. Hoc est quando

voluntas potest et scit resistere alicui malo. et tamen ex sola malicia illud eligit.

¶ Peccatum in spiritum sanctum mere procedit ex improba voluntate liberi arbitrii. et directe impugnat graciam spiritus sancti. et non habet colorem excusacionis. quia quantum est de se directe impugnatum est medicina et remedium per quod habet fieri remissio peccati.

¶ Peccatum in spiritum sanctum dicitur irremissibile in hoc seculo et in futuro. non quia dimitti non possit. sed quia raro dimittitur aut vix in hoc seculo quantum ad culpam. Item quia modicum aut nichil dimittitur in futuro quantum ad penam. ¶ Item quia non legitur dimissum. propter quod dicitur irremissibile. sicut melchisedech dicitur esse sine patre. quia non legitur de eius patre. ¶ Item quia adversatur fonti remissionis. s. spiritui sancto. ¶ Item propter impotenciam hominis qui vix potest se preparare ad graciam quando tanta moles peccati premit.

¶ Sciendum quod hoc nomen irremissibile accipitur tribus modis. Scilicet negative. ut quod nullo modo potest remitti. Hoc modo peccatum angeli et dampnatorum est irremissibile. ¶ Item privative. ut quod non habet congruenciam ex se quare remitti debeat. licet ex congruo dei posset omne peccatum dimitti. Hoc modo omne peccatum mortale est irremissibile. ¶ Item contrarie. secundum quod aliqua culpa habet contrariam disposicionem ad remittendum. Hoc modo peccatum in spiritum sanctum dicitur irremissibile. quia contrariatur gracie remittenti peccatum. et hoc per desperacionem. vel presumpcionem. vel alias species huius peccati. ¶ Sex sunt species peccati in spiritum sanctum. s. desperacio. presumpcio. agnite veritatis impugnacio. invidencia fraterne caritatis [s. sive gracie.] obstinacio. finalis inpenitencia. ¶ Hoc nimius sic accipitur. In remissione tria sunt. videlicet ipse remittens. et ille cui dimittitur. et disposicio remittendi in eo cui remittitur.

¶ In ipso remittente duo sunt. s. misericordia et iusticia. Contra primum est desperacio. Contra secundum est presumpcio.

¶ Item in eo cui remittitur duo sunt. s. dolor de commisso. et propositum de non committendo. Contra primum est obstinacio. contra secundum est finalis inpenitencia. ¶ Preterea disposicio remittendi in eo cui dimittitur est duplex. s. cognicio veri et dileccio boni. Contra primum est impugnacio veritatis agnite. contra secundum est invidencia gracie fraterne. ¶ De finali inpenitencia. Nota. quod si dicit continuacionem peccati usque ad finem. sic in omni peccato in quo quis discedit [sciens] est finalis inpenitencia negative. Sed finalis inpenitencia prout est una species peccati in spiritum sanctum. secundum quod hic sumitur. dicitur propositum non penitendi.

Enumeracio peccatorum. Peccata cordis. 29.

Peccata cordis sunt hec. Cogitacio. delectacio. consensus. desiderium mali. voluntas perversa. infidelitas. indevocio.

psūpcio. despacio. timor male humilians
& timor male attendens. suspicio. inuidia.
ira. odiū. timere seruilit̄. exultacio in
aduersis proximi. contemptus pauperū vel
peccatorum. personarū accepcio. perfidia. af
fectus parentū carnalis. inepta leticia.
seculi tristicia. īpaciencia. auaricia. sup
bia. proteruitas. obstinacio. malicia. te
Al' pena. diū boni. accidia. incōstancia. penitem
cia penitencie. dolor q̄d non fecit ampli
mali. ypocrisis. amor placendi. timor
displicendi. verecūdia de bono opere.
& amor priuatus. sensus singularis. am
bicio dignitatū. vana gl'ia de bonis na
ture. fortune. uel gr̄e. verecundia de pau
peribus amicis. contemptus ammonicionū
in misericordia. **Peccata oris.**

Peccata oris sūt hec. Crebra
iuracio. periuriū. blasphemia.
nomen dn̄i irreuerent' sumere. Veritatem ī
pugnare. deū de aura & aliis instruere.
contra deū murmurare. irreuerent' horas
dicere. detractio. adulacio. mendacium.
vituperiū. maledictio. infamacio. con
tencio. cōminacio. īpugnacio veritatis
agnite. īpugnacio caritatis fraterne.
sedicio. seminacio discordie. prodicio.
falsū testimoniū. mala cōsilia. derisio.
cōtradictio obediencie. inuitere opera
bona. in ecclesiis placitare. ad iram
hoīem prouocare. reprehendere in alio q̄d
ipse facit. vaniloquiū. stultiloquiū.
multiloquiū. proferre vba ociosa. uel
superflua. uel curiosa. iactancia. verborum
cōposicio. peccatorum defensio. clamor. ri
sus. cachinnus. turpiloquiū. lenociniū.
cantare cantilenas seculares. in cantu
diuino magis studere vocem frangere
quam deuote psallere. murmurare. vba
scurrilia proferre. in iniusta causa aduo
care. malū cōmendare. **Peccata operis.**

Peccata operis sūt hec. Gula.
luxuria. ebrietas. sacrilegi
ū. violencia. symonia. sortilegiū. vi
olacio dierū solempnium. indigne cōmunicare.
votorum fractio. & apostasia. dissolucio in
officio diuino. scandalizare siue exem
plo malo proximum corrumpere. ledere hoīem
uel in rebus. uel in persona. uel in fama.
furtū. rapina. vsura. decepcio. ludus.
vendicio iusticie. exactiones. ac theolonia
iniusta. ascultare mala. ioculatoribus
dare. necessaria sibi subtrahere. sup
flua sumere. vltra vires q'spiam aggre
di. consuetudo peccandi. residiuacio.
simulacio. tenere officiū ad quod nō
sufficit. uel q̄d sine peccato non agitur.
chorizare. nouitates inuenire. maio
ribus rebellare. minores opprimere. de
linquere visu. auditu. olfactu. gustu.
tactu. luctatu. osculis. nutibus. itineri
bus. nutibus. mandatis. scripturis. circū
stancias aggrauantes admittere. que
sunt tēpus. locus. modus. numerus. perso
na. mora. sciencia. etas. tēptacione preue
nire. seipsum ad peccatum cogere.

¶ I.

Peccata omissionis sunt hec. De deo non cogitare. ipsum non timere vel amare. gratias de beneficiis non agere. opera que quis facit ad ipsum non referre. de peccatis sicut deberet non dolere. ad graciam recipiendam non se preparare. gracia accepta non uti. nec eam conservare. Ad inspiracionem divinam non se convertere. voluntatem suam voluntati divine non conformare. Ad oraciones dicendas non attendere. oraciones debitas obmittere. ea ad que tenetur ex voto. vel ex precepto. vel ex officio negligere. communionem et confessionem semel in anno non expedire. parentes non honorare. seipsum non cognoscere et reprehendere. consciam negligere. ecclesiam et predicaciones fugere. temptacionibus non resistere. penitencias iniunctas negligenter facere. ea que statim facienda sunt differre. bonis proximi non gaudere. et malis eius non compati. non dolere. iniurias non remittere. fidem proximo non servare. et beneficiis eius non respondere. delinquentes non corripere. lites non sedare. ignorantes non instruere. afflictos non consolari. amonicionibus non acquiescere.

Explicit liber tercius.

Incipit liber quartus.

De humanitate christi. Capitulum. 1.

Sicut deus verum est principium effectivum in creacione. sic et refectivum in redempcione. et perfectivum in retribucione. Quia sicut pater omnia creavit per verbum increatum. sic omnia recreavit et renovavit per verbum incarnatum. ¶ Porro circa incarnacionem christi. talis fuit ordo. ¶ Salutacio angelica. ¶ Responsio virginea. ¶ Sanctificacio materna. ¶ Concepcio divina. ¶ De quibus nunc est agendum.

De salutacione angelica. 1.

Missus est gabriel qui fuit de ordine archangelorum ad beatam virginem cui ad sensum apparuit visione corporali. quamvis ei loqueretur locucione spirituali. ¶ Ad istud nobile sacramentum. nuncius debuit esse angelus propter tria. ¶ Primo propter cognacionem virginitatis ad naturam angelicam. ¶ Secundo propter ordinem perdicionis humane. quia sicut ibi venit diabolus in serpente ad mulierem. ita dominus venit per angelum ad virginem. ut sic ex opposito medicina respondeat morbo. et reparacio lapsui. et remedium nocumento. ¶ Tercio. quia sicut illa gracia fuit reparacio humane nature. sic fuit ruine angelice. et rerum communi beneficio communiter

utraqz natura debuit ministrare.
¶ Diuiditur salutacio beate virgi
nis in tres ptes. ¶ Prima ptem i
cepit angls cū dixit. Aue gr̄a plena
dn̄s tecū. bn̄dicta tu in mulieribus.
¶ Scd̄am subiunxit Elisabet cū
ait. Et bn̄dictus fructus ventris tui.
¶ Terciā apposuit ecclia. ut in reu̇
encia nomē marie hereretur. cū dixit.
maria. Nam maria non ē de textu.
¶ Ista salutacio cōmendabilis est i
quattuor. ¶ Primo. ppter auctorita
tem. Quia nullus est angelus a deo.
¶ Scd̄o. ppter nunciū. Non enim
homo dignus fuit nūciare hoc. sed an
gls. Et non quilibet angls. sed gabriel.
¶ Tercio. ab ea que salutatur. qz
virgo. Nec quelibet vgo. sed maria.
¶ Quarto. ab ipso modo salutandi.
qui indicat innocenciā virgis. cū dr̄.
Aue. Item grām conūsacōis. cū dr̄.
gr̄a plena. Item excellenciam cōcep
cōis. cū dicitur. dn̄s tecū. Item p̄uili
giū p̄rogatiue singlaris. cū dicitur.
bn̄dc̄a tu in mulieribz. ¶ Saluta
cōes quedā inueniūtur optatiē salu
tis. Regū. xvi. Salue rex. ¶ Que
dā gr̄e. Apls. Gr̄a vobis et pax.
¶ Quedam gaudij. Tobie. v. Gau
diū tibi sit semp. Quedā bn̄diccōis.
Ruth. ij. Bn̄dicat tibi dn̄s. ¶ Hec
autē salutacio angli. videtur ab oībz
conflata. Continet enī salutem cū
dicitur. Aue. Item grām cū dicitur.
gr̄a plena. Item gaudiū cū dr̄. dn̄s
tecū. Item bn̄diccionē cū dicit. bene
dicta tu in mulieribz. ¶ Ptea in
hac salutacione notatur tplex p̄roga
tiua beate vginis. Silicet nature cum
dr̄. Aue. Gr̄e cū dicitur. gr̄a plena.
Glie. cū dicitur bn̄dicta tu in mulieri
bz. ¶ Nota denuqz sex de anglica
legacōe. ¶ Primo. qm̄ reūenter sa
lutauit eam. s. beatā virginē cū dixit.
Aue gr̄a plena. et c. ¶ Scd̄o. qm̄
excellenter eam cōmendauit ibi. bn̄
dicta tu in mulieribz. ¶ Tercio.
qm̄ dulcit̄ confortauit. ibi. Ne timeas
maria. ¶ Quarto. qm̄ diligenter
legacionē suam cōpleuit. ibi. Ecce cō
cipies et paries filiū. ¶ Quinto. qm̄
eleganter modū exposuit. ibi. Spūs
scūs superueniet in te. ¶ Sexto. qz
cōuenienter plem nasciturā descpsit.
ibi. Ideo qz et quod nascet̄ ex te. scūm. et c.

De Responsione virginea. 2.

Duos legimus in scptura
sacra dialogos. Vnum
inter euā et diabolū. quo
mors cōcludebatur. Alterū int̄ ma
riam et archanglm̄. quo vita oriebat̄.
¶ Vide autē tria que fecit beata
vgo in salutacōe angelica. s. delibe
racōem. qz cogitabat qualis esset
ista salutacio. ¶ Intogacionem.
qz querebat quomō fiet istud. ¶ Cō

sensū. q̄ꝛ respondebat. Ecce ancilla
dn̄i. ꝛc̄. Nec in deliberacōe subita fu
it sicut eua. nec in interrogacōe dubia.
sicut zacharias. nec in cōsenciendo tar
da. sicut sara. ¶ In responsione cō
sensus hec v̄ginis quattuor v̄ba inueni
es. que quattuor v̄tutes beate marie
redolent. Dicit enī. Ecce. quod est obe
diencie p̄mpte. Ancilla dn̄i. quod est
humilitatis p̄fecte. Fiat michi. quod est
caritatis inflāmate. Scd̄m v̄bū tuū.
qd̄ est fidei deuote. ¶ Septē verba
locuta est v̄go beata. ¶ Primū vinū
non h̄ent. ¶ Scd̄m. fili quid fecisti
nobis sic. ¶ Terciū. qd̄cūqȝ dixit
vobis facite. ¶ Quartū. salutauit eli
sabeth. ¶ Quītū. quomō fiet istud.
¶ Sextū. ecce ancilla dn̄i. ¶ Sep
timū. Magnificat aīa mea dominū.
¶ Uerbū p̄mū fuit pietatis. Scd̄m.
caritatis. Terciū. instruccōis. Quartum.
cōsolacōis. Quītū. discrecōis. Sextū.
humilitatis. Septimū. orōnis ꝛ gratiarū
accōis. ¶ Et nota qd̄ v̄ba p̄dicta oīa
fuerūt breuia p̄ter vltimū. De scifi
cacōe materna. 3.

SAnctificacio triplex est.
¶ Quedā enī est cōis.
ut que fit p̄ sacramēta. ¶ Quedā
specialis. ut que fit p̄ grām sp̄us scī.
¶ Quedā specialissima. ut que fit p̄
grām singularē. ¶ Prima remouet
culpā ꝛ confert grām. remanet tn̄ fo
mes ꝛ p̄nitas ad peccandū. Et talis
est in baptisatis. ¶ Scd̄a remouet
culpā ꝛ p̄nitatē peccandi mortaliter.
et talis fuit scificacio scī Iohīs Bap
tiste in vtō. ꝛ Ieremie. ¶ Tercia re
mouet culpā originalem ꝛ p̄nitatem
ad peccandū tam venialit̄ q̄m mortalit̄.
et talis fuit in beata virgīe. ¶ Et
sciendū qd̄ licet grā scificacōis in vtero
sit q̄ntū ad essenciam maior q̄m gracia
sacramentalis. tn̄ quantū ad aliquos ef
fectus maior est ista. q̄ꝛ baptismus ip̄ri
mit caracterē. et ap̄it ianuā regni. et
habilitat hoīem ad alia sacramenta. quorū
nichil facit sanctificacio ex se in vtero.
¶ Uerūtamē grā sanctificacōis in
vtero p̄cellit in hoc grām baptismalē.
q̄ꝛ talit̄ sanctificatus nō potest peccare
mortalit̄. et ad venialia nimꝰ inclinat
eū fomes. p̄pter quod minora ꝛ paucio
ra venialia cōmittit. et talis grā fuit ī
Iohē Baptista. Et ideo ne in vacuum
grām dei reciperet. fugit hoīm societatē.
ꝛ artissimā in se penitenciā tenuit. ne
leui saltē maculare vitā famine posset.
¶ Patet g̊ qd̄ in scificacōe in vtero
cōfertur grā media int̄ grām sacramen
talem ꝛ grām plene cōfirmacōis in pa
tria. que h̄et sibi cōiunctū finē vltimū.
¶ Ad cōfirmacionē enī p̄fectam tria
p̄tinent. ¶ Primū. est inseparabilis
cōiunccio racōis ad deū. ¶ Scd̄m.
est indeflexibilis subieccio inferiorū

potenciarz aīe sub imꝑio racionis. ¶ Terciū est indiscōtinualis cōuersio actualis tocius hōis ad deū. qū homo diuina dulcedine affcūs. ex toto corde. et ex tota aīa. et ex oībz viribz semꝑ actu itendit ad deū. et in qdcūqz aliud in qūtū in eo relucet deus. ¶ Primū horū hēt grā scificacōis simplicit'. s. ut nullus qui eius ꝑticeps fuit peccet mortaliter. ¶ Scdm hūit beata virgo. et ideo nec venialit' vnqūa peccauit. sicut dicit beatus aug'. ¶ Terciū non potest cōuenire grē vie. eo qd hoc ex dei fruicōe causetur. que tm̄ est in patria. ¶ Tres fuerūt sanctificacōes matris dei. ¶ Prima fuit scificacio in vtero. et hec tres effcūs hūit. Silicet originalis culpe expiacōem. et grē infusionem. et fomitis tantā restriccionē qd nō posset in aliqd pcūm deduci. licet tamen ipse fomes manet scdm essenciā. ¶ Scda sanctificacio fuit in spūs sci obūbracione et filij dei concepcōe. Que tribz p'missis duos supaddidit. s. ōmnodam fomitis extinccionē. et confirmacionē in bono. ita qd que p'us tm̄ poterat nō peccare. iam nō posset peccare. Hos duos effcūs expssit angls. luce. p'mo. Spūs sanctus supueniet in te. qūtū ad p'mū. Et vtus altissimi obumbrabit tibi. qūtū ad scdm. ¶ Ista cōfirmacio non fuit liberi arbitrij ablacō sed ei' p gram cōplecio. ¶ Preterea

spūs scs venit sup eam non solū ad scificandū. sed eciam ad fecūdandum. cui' virtute v'go cōcepit. v'go peperit. et post partū v'go pmansit. ¶ Tercia scificacio fuit in filij inhitacione. qui nonē mensibz in eius vtero mansit. Et hec oībus p'missis duos effcūs addidit. Unus fuit qd oēs disposicōes fomitis sublate fuerūt. sicut qū morbus curatus est. ad huc interdū manēt reliquie curande. Scds fuit dedicacio ad diuina. ita qd eciam licitis vsibz mūdanis. s. matrimonialibz eam aptari esset impossibile. qz tunc non solū mens sed eciam corpus luce diuinitatis resplendiut. ut signatū est. ezech. xliij. ¶ Ex pdcis collige qd fomes p'sonā inficit et naturam. psonā quidem qūn ad malū pnam facit. ac stimulat ad pcūm. Naturā vo. qz carnē inficit put est p'ncipium ad carnē alterā. ¶ Sed beata virgo in p'ma sanctificacōe que fuit in vtero scificata fuit ab originali pcō in qūtū fomes respicit psonā suam. qz nichil purgandū in psona sua remansit. ¶ In scda vo sanctificacōe que fuit qū spūs scs supuenit in eā. purgata fuit a fomite put ipa fomes naturā respicit in cōparacione ad ppagandam plem. non ope nature. sed ope spūs sci. Remotus eni fuerat essencialit'. pter qd ps ab ea separata in

al'. imūdata

corpus xpi de fomite nichil hūit. sic
nec mater. ¶ Nota similiter ex p̄
dictis et subsequētib; qd beata v̄go
ex p̄ma sanctificacōe excellebat in
puritate oēs baptisatos. ¶ Ex
scd̄a sc̄ificacōe excellebat puritatem
ade quā hūit ante pc̄m. ¶ Ex cō
firmacionē excellebat angelos. qui
nec illi crescē possūt in p̄mo substan
ciali. sicut nec decrescē. Sed b̄a virgo
p̄ficē potuit in merito. ꝛ nō deficere.
¶ Puritas fuit quadruplex matris
dei in qua nulla creatura sibi potest
cōpari. ¶ P̄ma est puritas sc̄i
ficacōis in vtero. Oīs enī raciona
lis creature puritas vel est nature
ut in anglis. vel est grē gratis da
te ut fuit in inocencia p̄mi status
hōis. vel est grē gratū facientis.
Et hec tercia maior est alijs duab;.
Cū ēi in illa specie grē sc̄ificacio
matris fuit suppma. patet qd vicit
puritatē oīs creature pure. ¶ Se
cunda est puritas innocencie ī vita.
in qua similiter excellit. qz beata v̄go
vixit sine oī pc̄o. Et hoc oportuit
esse marie grē. que non solū natu
rā ipsius p̄ficeret. sed eam sup legē
corrupte nature extolleret. ¶ Ter
cia est puritas v̄ginee castitatis. in
qua excellit ꝛ angelos ꝛ hōies. An
gelos quidem. qz scd̄m Jero. hoc reti
nent p̄ virtutē castitatis quod ī an
gelis est nature necitatis. Item ex
cellit in hoc hōies. qz p̄mū exemplar
fuit hui⁹ integritatis. ps. Adducent
regi v̄gines post eam. ¶ Preterea
ostenditur istud alia racōe. Quia sū
ma est hec puritas que pocī⁹ potest
secū suū contrariū quasi pati. quam
possit violari. Et talis fuit v̄ginitas
dn̄e nr̄e. que gaudiū matris hēt cum
v̄ginitatis honore. Et ideo nec p̄mā
silem visa est nec hēre sequentem.
¶ Quarta est puritas sanctificacōis
ex supuencōe sp̄us sc̄i ꝛ p̄sencie dei. ī
qua similiter excellit oēm creaturam.
Cū enī esse matrē dei sit dignitas su
perior que pure creature cōicari potest.
necesse est grām ad hoc disponentē
eē maiorē oī grā pure creature. Opor
tet ergo p̄uilegiū sanctificacōis sue in
hac p̄ter oēm sc̄ificacionē excellere a
liorum.

De concepcōe dn̄ica.

Mox enī ut ~~beata~~ virgo
beatissima assensū an
gelo p̄buit dicens. fiat
michi scd̄m v̄bū tuū. Sp̄us sanctus
sup eam venit. ac filiū dei concepit.
Hec autē tria fuerūt simul tēpore.
nō natura. ¶ Tūc impleta sūt
p̄ambula figurarū. ꝛ documēta scrip
turarū. ac desideria p̄pharū. P̄pter qd
eciā adventus dn̄i dicitur plenitudo
tēporis. ¶ Quare autem xp̄c nec
prius nec post venit. nō nulle sūt ra
ciones.

¶ Circa cōionem cōmittitur
pctm tribꝫ modis. ¶ Pͥmo qn
cū quis statuto tempe cōionem di
mittit. Johis. ꝛ. Nisi manducaue
tis carnem filij hoīs. non hēbitis
vitā in vobis. ¶ Scdo. cū quis
suo tēpe cōicans. male accedit. apls.
Qui ante sumit indigne. iudiciū
sibi manducat ꝛ bibit. ¶ Tercio.
cū post cōionem a pctīs se nō custo
dit. Et iste multiplex malū incur
rit. ¶ Pͥmo. qꝛ xpm quē suscep.
ignominiose a se expellit. Et certe.
Turpius eicitur qm nō admittitur
hospes. ¶ Scdo. qꝛ talis quodā
modo similitudinē iude gerit. Judas
enī postqm cū xpo cenauit. ipsum
tradidit. Sic ꝛ absolon fratrem
suū ad cōuiuiū inuitauit. ꝛ eū post
occidit. ¶ Tercio. qꝛ ordinē ho
nestatis puertit. ꝛ venturo enī reue
renciā exhibet. ꝛ psenti nullam.
Tāli similis est illis qui cū ramis oli
uaꝝ ꝛ clamore xpo occurrerūt. et
ipm postmodū crucifixerūt. ¶ Qua
lit ad cōionem accedendū sit. disce
possum⁹ in esu agni paschalis
Comedebāt enī eū iudei accinctis
renibꝫ. calciatis pedibꝫ. baculos
hn̄tes in manibꝫ. cū lactucis a
grestibꝫ. ꝛ festinant. ¶ Per pmū
significat⁹ puritas castitatis. Luc.

b.

Sunt sibi veri penitenti. et c. ¶ Primo
secundum affectus devocionis. Cant. Quam
pulcra es in calciamentis filia princi.
¶ Propter tercium memoria dominice passio
nis. Genes. In baculo meo transivi
iordanem istum. ¶ Propter quartum amari
tudo contricionis. Ps. Cibabis nos pane
lacrimarum. ¶ Propter quintum promptitudo
bone voluntatis et operacionis. Prov.
Vidisti hominem velocem in operibus suis
coram regibus stabit. ¶ Item quales
esse debeant communicantes ostenditur in
vestibus sacerdotalibus. ¶ Requiruntur
enim ista. Iudicium discrecionis. Custodia
castitatis. mortificacio carnis. Con
stancia fortitudinis. perseverancia lon
ganimitatis. perfectio caritatis
¶ Primum notatur in superhumerali.
Secundum in alba. Tercium in cinctura.
Quartum in fanone qui ponitur in bra
chio sicut clipeus. Quintum in stola.
Sextum in casula. ¶ Corpus christi
sumitur velatum accidentibus multi
plici racione. ¶ Primo propter nimium
quantum ad bonos. Quia secundum Greg.
Fides non habet meritum. cui humana
racio prebet experimentum. ¶ Secundo
propter indignitatem quantum ad malos.
Exemplum de bethsamitibus qui percussi
sunt qui archam domini viderunt. ¶ Ter
cio propter imbecillitatem quantum ad omnes.
Non enim possent videre claritatem
corporis christi glorificati. Exemplum de
moyse in cuius faciem non poterant
filii israel intendere quia resplenduit.
¶ Quarto propter vitandum horrorem cru
ditatis si christi carnem dentibus attrecta
rent. ¶ Tres sunt cause quare
laicis non datur istud sacramentum sub
duplici specie. ¶ Prima est quia pos
sent credere quod totus christus non esset
sub utraque specie. ¶ Secunda propter
periculum. quia de facili posset effundi san
guis. ¶ Tercia. ut veritas respondere
at umbre. Quia in lege nichil habe
bant offerentes eciam de libamine.

De abstinencia a communione. ix.

Abstinent quidam a communio
ne propter culpam propriam.
et aliqui sine culpa mor
tali. sed propter sacramenti reverenciam.
sicut qui senciunt se nimis immundos
mente vel carne. vel eciam indevotos.
Et isti bene faciunt dummodo possint
iuste et sine aliorum scandalo supersedere.
Tamen ubi non instat necessitas. con
sulendum est talibus ut de communione ex
pectent. quousque parati et devoti
ac circumspecti possint accedere. Nul
la tamen necessitas debet compellere ut
aliquis in mortali scienter communicet.
¶ Peccatum facit indignum communionem tri
bus modis. ¶ Aliter in habitu. ut quando
quis accedit non contritus de peccato
perpetrato et inconfessus. ¶ Aliter in actu
ut qui immutat formam sacramenti et

irreuerenter ipsum tractat. ¶ Alio in proposito. ut quando quis habet voluntatem peccandi in futuro. ¶ Potest etiam propter reuerenciam sacramenti exclusio fieri a comunione tripliciter. ¶ Primo. propter reuerenciam sacramenti exterioris. Sic excludit pollucio et immundicia corporalis. ¶ Secundo. propter reuerentiam rei contente sub formis. Sic excludit defectus iudicij et racionis. ut in pueris et amentibus. ¶ Tercio propter reuerenciam rei significate. i. vnitatis corporis xpi mistici. Sic excludit vinculum interdicti. uel suspensionis. uel excomunicacionis etiam iniuste. Sic ergo pro sola reuerencia sine omni culpa excluduntur multi a comunione. ¶ Hoc primo patet in pueris. qui tamen si sint prope etatem adultam. s. in decimo anno uel duodecimo. et appareant in eis signa reuerencie et discretionis possunt sumere. alias non. Item patet in furiosis qui excluduntur sine culpa. qui tamen comunicare possunt cum habuerint lucida interualla. Item cum habet quis lutosas manus. licet hoc sit sine culpa. tamen pro sola reuerencia non debet tangere corpus xpi. ¶ Tria genera hominum excludebantur in lege ab esu agni. s. incircumcisi. qui significant eos qui accedunt ad comunionem irreuerenter. Reg. legitur quod percussus est oza quia tetigit archam dei. ¶ Item alienigene In

significant infideles. De talium comunione dicitur in gen. Fera pessima deuorauit filium meum ioseph. ¶ Item inmundi. qui significant habentes mortale peccatum. De his propheta. mundamini qui fertis vasa domini. ¶ De his tribus nota versus. Indigne sumus si non sumus reuerenter. Vel non catholice. uel habens mortale scienter.

¶ Qui non comunicat tempore suo multa mala incurrit. ¶ Primo quia talis vtilitate multiplici priuatur. De quo habes supra de effectu eucharistie. Si enim raab saluata est quia suscepit nuncios domini. multo forcius qui ipsum xpm suscipit. ¶ Secundo. quia constitucionem ecclesie transgreditur. Statuit enim ecclesia quod qui non comunicat in pascha viuens ab ingressu ecclesie arceatur. et moriens careat ecclesiastica sepultura. ¶ Tercio. quia maledictionem incurrit. prouerb. Ve soli quia cum ceciderit non habet subleuantem se. Sed bene solus est qui xpm non habet. ¶ Quarto. quia vices deo non rependit. Aug. Verecundum est illi hospicium denegare. qui solet omnem pulsantem admittere. ¶ Quinto. quia vires spirituales perdit. Quilibet enim qui est sine mortali est membrum corporis xpi mistici. Membrum autem debet sustentari alimento corporis xpi veri. alioquin efficietur aridum. sicut et membrum corporeum ad quod non



tinsinuittitur corporalis cibi nutrimentu̅.

De officio misse. 16.

P Rerogatiuas pluri
mas habet missa.
¶ Primo. q2 celebratur a ieiunis.
¶ Secu̅do. q2 tm̅ in ecclia ꝛ sup al
tare. nisi quoq3 ꝓpter causa̅ fiat sub
tentorio. uel in alio loco honesto.
¶ Tercio. q2 oportet celebrante̅ sac
dote̅ esse. ¶ Quarto. q2 oportet e
unde̅ indutu̅ esse sacris vestibus.
¶ Quinto. q2 tm̅ fit in die ꝛ non
in nocte. nisi in natiuitate domini.
¶ Sexto. q2 semp celebrat̅ accen
so lumine. etiam si mille soles luce
re̅t sup t̅ram. ¶ Septimo. q2 ibi
sonat vba diuina. angelica. ꝛ hu
mana. Diuina q̇dem. q̄n dr̄ uel
cantatur. pater nr̄. uel legu̅tur vba
dn̄i in euangelio. Angelica vo. q̄n
cantatur Glia in excelsis deo. Hu
mana vo sicut in collectis ꝛ alijs
huiꝰ. ¶ Octauo. q2 ibi audiu̅t
t̅a nobiliora ydiomata que mu̅dus
h̅et. Hebraicu̅. ut ibi. sabaoth.
osanna. Item grecu̅. cu̅ dicitur
kyryeleyson. Item latinu̅. ut in
alijs que su̅t ibi. ¶ Nono. q2
missa suo modo ta̅ plena e̅ misteri
is sicut mare guttis. sicut sol atho
mis. sicut firmamentu̅ stellis. ꝛ ce
lu̅ empyreu̅ angelis. ¶ Decimo.
q2 sacerdotes in sole̅pnibz ecclis h̅ent

plures ministros. s. diaconu̅. sub
diaconu̅. ꝛ accolitos. ¶ Unde
cimo. q2 angelis ibi p̊sentibz suf
ficit in p̊sencia tante maiestatis
e̅e scolares. ¶ Duodecimo. q2
ibi est dn̄s celi ꝛ t̅re. ¶ Officiu̅
misse moralit̅ est ita. ¶ Introitꝰ
significat inchoacione̅ boni op̅is.
Qd̄ aute̅ introitus duplicatur. hoc
significat qd̄ in nr̄a incepcoe̅ debe
muꝰ declinare a malo ꝛ facere bonu̅.
¶ Kyriel. qd̄ .ix. vicibz variatur
significat inuocacione̅ misc̄die dei.
qua noue̅ modis indigemꝰ. Primo.
tribz modis q̄ntu̅ ad pc̄oꝝ remis
sione̅ que ꝓpetramuꝰ. corde. ore. ꝛ
ope. Secu̅do. tribz modis q̄ntu̅ ad
gr̄e collacione̅. s. fidei. spei. ꝛ cari
tatis. Tercio. tribz modis q̄ntum
ad glificacione̅ qua gaudebimus
sup̄ nos in deo. ꝛ intra nos de no
bis. ꝛ iuxta nos de p̅rio. ¶ Glia
in excelsis significat gr̄aꝝ acc̄oe̅s.
¶ Collecta. deuota̅ oracionem
significat. ¶ Epl̄a ꝛ eu̅ngeliu̅
notant veteris ꝛ noue legis obser
uacione̅. ¶ Graduale ꝛ alla̅.
significat vite actiue ꝛ conte̅platiue
ꝑfectione̅. ¶ Offertoriu̅. contri
bulati sp̄us sacrificiu̅. ¶ Secre
tu̅ significat statu̅ vite p̊sentis.
¶ Prefacio significat statu̅ patrie.
¶ Sanctus. sanctus. sanctus. sig

nificat exultacionē angeloꝝ pre
sencium. ¶ Canon significat
tñsitū menbroꝝ in corpus x̄ mis
ticū. ¶ Pater nr̄ significat fi
liacionē p gracia. ¶ Agnus dei
liberacionē p misericordiam diuinā.
Triplicatur agnus dei. ut libe
remur a malis p̄titis. p̄sentibꝫ.
ꝛ futuris. ¶ Cōplenda signi
ficat boni opis consūmacionē.
¶ Circa quedā alia que sūt in
missa. Nota significacionē alle
goricā. ¶ Intelligim⁹ eīm per
altare crucē. p calicē sepulcrum.
p patenā lapidem suppositū. p
corpale syndonē in qua corpus
xp̄i fuit inuolutū. ¶ Nota qđ
quamuis oēs misse sint eque bone
quātū ad opus opatū. cū in oībꝫ
sit idem xp̄c. multū tū differunt
quātū ad opus opans. Et ideo meli⁹
est audire missā boni sacerdotis.
quā mali. sicut ī mensa corpali
eundē cibū iocundi⁹ accipimus a
mūdo ministro quā ab īmundo.
¶ Nota qđ piculū est si celebrat
cecuciens uel manus hēns tremu
las. aut caducū morbū. aut deli
rus. aut nimis idiota. Et tū talibꝫ
iniūgendū est ut abstineat a missa.
¶ Postea qui aliqs celebraturus ē
sacerdos. nō debet sumere ablucionē in
priori missa. Alioqn ad secūdam missā

accedet non ieiunus. De negli
gencijs que fiunt in missa. ix.
Si p negligenciā euenit
qđ pfecto canone nec
vinū nec aqua repiat⁹
in calice. statim infundi debet vtrū
qꝫ. et sacerdos iterabit consecracionē
ab illo loco Simili modo. ꝛ pficiet us
qꝫ in finē. ita tū qđ dimittat duas
cruces que fieri singlarit⁹ super
hostiam cōsueuerūt. Vel melius
potest dici qđ aliam hostiā sumat
ꝛ canonē a pncipio incipiat. ¶ Qđ
si de simplici vino uel aqua fiat cō
secracio. vinū reputabitur p sacra
mento. aqua nō. ¶ Si quid de
sanguine cecidit sup corpale. uel
sup pallā altaris. uel sup albam
uel casulā. pars illa recidatur et
ī loco reliquiaꝝ seruetur. Prius tū
extrahatur sacramentū quātū potest
ꝛ sumat⁹. deinde abluatur. ꝛ hec ab
lucio iterum sumat⁹. ¶ Si vero sup
terram. uel lapidē. uel lignū cecidit.
lingendus. extergendus. ꝛ radendus
est locus ille. ꝛ puluis in sacro loco
ponendus. ¶ Porro si ī ipsum
sanguinē musca uel aranea cecidit.
uel tale aliquid quod vix sine vo
mitu aut mortis piculo sumi po
test. pfundatur ꝛ lauetur quāto cau
cius potest in calice. ꝛ hāc ablucio
nē sumat sacerdos. sed musca sine

aranea sup piscina crematur. ¶ Quod si de corpore xpi sup pallam altaris. vel sup aliud ceciderit vel vestimentum. non abscidatur. sed vino abluatur et a ministro sumatur. ¶ Si infirmus corpus dni reiciat. suscipiatur prout diligencius potest et sumatur.

De sacramento penitencie. 18.

Penitencia est ut ait Ambrosius. preterita mala plangere. et plangenda iterum non comittere. ¶ Item Greg. Penitere est acta peccata deflere. et iterum flenda non comittere. ¶ Circa predictas diffiniciones nota. Quedam tantum per essenciam. ut homo est animal rationale. Quedam per causam. ut dies est sol lucens. ¶ Diffinicio autem penitencie data est per causam et non per essenciam. Verumptamen penitencia diffinitur per duplicem actum. Unum qui est respectu preteriti. s. preterita mala plangere. Alterum respectu futuri. s. plangenda non comittere. Et primus actus est in re. secundus in proposito. ¶ Penitencia duplex est. Scilicet. quedam interior tantum. et hec est de iure naturali. Quedam exterior que fit ad arbitrium hominis. ¶ Prima non est sacramentum proprie. Secunda vero sacramentum est. Non enim penitencia per se suscepta dicitur sacramentum ecclesie proprie. cum talis etiam ante baptismum possit fieri. Sed penitencia ministrata per ministros ecclesie sacramentum est. ¶ Notandum quod lugere pro peccatis propriis est actus penitencie. Sed lugere pro malis alienis. actus virtutis est s. misericordie. Lugere vero pro bonis eius. est actus tercie beatitudinis. de qua dicitur. Beati qui lugent. etc. ¶ De duracione penitencie. Sciendum quod exteriorem non oportet esse perpetuam. sed circa interiorem distinguitur. ¶ Est enim interior penitencia secundum habitum. et hec debet esse perpetua. Alia est secundum actum. et hanc non oportet esse perpetuam. Semper enim tenetur quis ad interiorem penitenciam habitualem qua vellet non peccasse. et vult de cetero non peccare. Sed ad exteriorem penitenciam non semper tenetur. ¶ Preterea alius est dolor racionalis. qui est peccati detestacio. Alius sensibilis. qui est passio. Et primus dolor semper debet esse in penitencia. Secundus non est de necessitate. ¶ Item quamvis homo nunquam sit certus de peccati remissione. tamen propter hoc non oportet esse penitenciam exteriorem perpetuam. Quia non exigitur in talibus certitudo sciencie. sed sufficit certitudo coniecture probabilis. ut est quando homo facit probabiliter quod erat ex parte sua. dolendo. confitendo. satisfaciendo. cavendo. ¶ Cum in omni

¶ L

sacrāmento noue legis sit aliqua ma
teria visibilis elementi. que sit signū
et causa grē. oportet eciā in sacrāmento
penitencie ita esse. Sed tūc materia
sensibilis large sumitur p oī re. sine
res illa exterior sit substancia. siue ac
cio humana. et tū scdm hoc in peni
tencia put est sacramentū sūt res. et
vba. verba quippe sūt in cōfessione
et absolucōe. Res autē est ipsa accio
humana. ¶ Ad intelligendū ista
plenius. Nota qd sicut in medicinis
corpalib; quedā cōsistūt in sola pas
sione curati. ut ē seccio vulnis. Que
dam vo in accōe eiusdem. ut ē excita
cio corpis. Ita in sacrāmentis. Que
dam consistūt in passione eius qui
sanctificatur et nō in accōe nisi per
accidens. ut baptismus. cōfirmacio.
eucharistia. extrema vnctio. ordo.
Quedā vo consistūt essencialiter in
actu ipsius qui sanctificatur. ut alia
duo sacrāmenta. s. penitencia et ma
trimoniū. ¶ In primis g° que sine
actu nro opantur reqritur exterior
materia que significat et causat rē
sacrāmenti. ¶ In alijs vo ipse actus
noster est p materia sensibili. ¶ Ex p
dictis patere potest qd quedā ē sacra
mentū tm. ut actus penitencie exterior. Quedā
ē res tm. ut remissio pctōr. Quedā ē
res et sacrāmentū. ut contricio interior.

De qualitate penitencie. 19.

Est penitencia quedā
vera. Aug°. Penitencia
vera est penitenda nō
cōmittere. et admissa deflere. ¶ Que
dam ē falsa. Isydorus. Irrisor est
et non penitens. qui ad huc agit qd
penitet. ¶ Quedā est coacta. ps.
Conuersus sū in erumpna mea dū con
figitur spina. ¶ Quedam ē sera.
Aug°. Si tūc penites qū peccare
nō potes. pccā te dimittūt nō tu illa.
¶ Quedam ē iniqua. Mach. Judas
penitencia ductus retulit argentum etc.
¶ Quedā est desperata. Sapiencie.
P angustia spūs gementes. dicentes
intra se penitenciā agentes. etc.
¶ Quedā scā et meritoria. Jero°. O
felix penitenciū humilitas. o beata
spes confitenciū. quē facile vincis
inuincibilem. quē cito tremebundū
iudicē uertis in piissimū patrem.
¶ Debet penitencia ēe amara.
Jerem. Planctū vnigeniti fac tibi.
¶ Voluntaria. Aug°. Cū gaudio
debet facē inmortalis futurus quem
q; facere p morte differenda moritur.
¶ Presta. Aug°. Nulla penitēcia
ē sera. dūmodo est vera. ¶ Accele
rata. Prouerb. Ne tardes conuerti ad
dnm. Jero°. Nauicule herenti in
salo. funē pocius pcide quā solue.
¶ Fortis. Jero°. Calcatū perge
patrē. etc. ¶ Perseuans. Canticorum.

Iam pedes meos. quoniam iniquitas
illos. ¶ Item resurrectio spiri
talis debet esse cum christo semper victo.
non cum lazaro iterum morito. ¶ Pe
nitencia debet esse prompta. et non diu
dilata. ¶ Primo. quia a domino exspec 1
tamur. xxx. ysayas. Exspectat nos
deus ut misereatur nostri. et Exspectavit ut
faceret uvas. et fecit labruscas.
¶ Secundo. quia ad magna vocamur. Gen. 2
Ego ero merces tua magna. ¶ Tercio.
ne ab eternis nupcijs excludamur. sicut 3
factum est in fatuis virginibus que se diffe
rebant preparare. ¶ Quarto. ne ab 4
hostibus impediamur. sicut filij israel
a pharaone ne egrederentur de egipto.
¶ Quinto. quia relinquere peccatum eciam 5
penis compellimur. Greg. Contempnen
dus esset hic mundus eciam si rebus
prosperis abundaret. Sed iam cum tot ad
versitatibus animum pulsat. cum tot cala
mitates ingeminat. quid aliud quam ut
non ametur clamat. ¶ Sexto.
ne blande seducamur. sicut avis per
fistulam aucupis. et sicut piscis per escam
in hamo. et sicut ursus per mel.
¶ Septimo. ne morte preveniamur.
Greg. Nichil cercius morte. et nichil
incercius eius hora. ¶ Octavo.
ne consuetudine teneamur. Sicut ar
bor de facili non evellitur. cum bene ra
dicatur. Jerem. Numquid ethiops
potest mutare pellem suam. et vos. etc.

¶ Ad agendam penitenciam monet
nos. De quibus Bernardus. Nimis
durum est cor quod non emolliunt bene
ficia. nec alliciunt promissa. nec terrent
supplicia. nec castigant flagella.
¶ Impedimenta penitencie sunt hec. 1
Pusillanimitas aggrediendi. Tales
sunt sicut equus umbraticus. qui a
trunco vel umbra terretur. ¶ Pudor 2
confitendi. Sed sicut dicit Aug. vere
cundia magna pars est penitencie.
¶ Horror satisfaciendi. Sed contra 3
hoc dicit Apostolus. Hoc momentaneum
et leve tribulacionis nostre. etc. ¶ Delec 4
tacio peccandi. Sed temporale est quod
delectat. eternum quod cruciat. ¶ Spes 5
diu vivendi. Sed dominus dicit. Securis
iam ad radicem arboris posita est.
¶ Desperacio graciam obtinendi. Contra 6
dicit Ezech. Quacumque hora ingemu
erit peccator. etc. ¶ Timor recidiuan 7
di. Aug. Qui cecidi erexit me. qui
stetit tenuit me. qui iui duxit me.
Ita loquitur de domino. ¶ Exemplum 8
delinquendi. Sed stultus est qui videt
aliquem cadentem. si non sit in eodem loco
caucior. ¶ Consuetudo peccandi. 9
Sicut balaam consuetus monstris
non curavit quod asina loquebatur. ¶ Con 10
fidencia de dei misericordia ipsum qui peni
tunt recipiendi. Sed hoc est peccare
in spiritum sanctum. Greg. Misericordiam dei debe
mus erubescere. si iusticiam eius nolumus
¶ formidare.

De effectu penitencie. 20.

Per penitenciam abluitur homo a peccato. restituitur ecclesie. reconciliatur christo. donis spiritualibus ditatur. de filio diaboli filius dei efficitur. paradisus aperitur. Hec est que angelos letificat. impium iustificat. amissa bona revocat. penam eternam vitat. ¶ Item penitencia est secunda tabula post naufragium. ad quam peccator potest recurrere quamdiu est in statu presentis vite. quandocumque et quocienscumque divinam clemenciam voluerit implorare. ¶ Duplex enim est naufragium. scilicet peccati originalis. et peccati actualis. Sed de primo liberamur per tabulam baptismi. que virtutem et efficaciam accepit a tabula crucis christi. De secundo autem liberamur per tabulam penitencie. quia divina clemencia providit homini. quia pro peccato actuali non potest iterum baptizari.

¶ Nota igitur quod a peccati reatu liberamur per graciam. a sequelis autem peccatorum per penitenciam et partes penitencie. a miseria vero per gloriam. ¶ Item nota qualiter opera mortificata reviviscant. quia licet verum sit quod a privacione ad habitum non sit regressus in vita naturali. non tamen est verum in vita morali. Nam a privacione ad habitum voluntarius est regressus. scilicet a morte culpe ad vitam gracie. Unde dicendum quod sicut peccata actualia transeunt actu et remanent reatu. ita bona opera transeunt actu et remanent merito. Secundum autem quod manent dicuntur mortificari vel vivificari. ¶ Bona igitur opera quamdiu sunt coniuncta radici vivendi dicuntur vive. Quando ab illa separantur. dicuntur mortua. Quando restituuntur dicuntur vivificari. quia redeunt ad statum sue originis. videlicet caritatis. et quia valet ad maiorem radicacionem caritatis.

De partibus penitencie in communi. 21.

Partes penitencie integrales sunt tres. scilicet contricio. confessio. satisfaccio.

¶ Quamvis enim complementum penitencie possit esse in actu cordis solius. vel cordis et oris simul. et trium simul. tamen ad penitencie perfeccionem exigitur horum trium aggregacio licet ad esse simpliciter sufficiat contricio in actu. et confessio et satisfaccio in proposito. Non enim exigitur in his que habent esse successivum. quod partes integrales sint simul. sed exigitur hoc in toto quod habet esse permanens. ¶ Quod autem tres sunt partes penitencie. sic ostenditur. ¶ Penitencia est quoddam spontaneum iudicium in quo contricio est quasi quedam citacio. ubi sequitur apud iudicem rei spontanea confessio. deinde sequitur emende per iudicem imposite solucio. Sed in hoc differt iudicium fori a iudicio poli. quia

ibi confessus decapitatur in iure. et
hic absoluit᷎. ¶ Alia ē sufficien
cia istarum ꝑcium. Quia cū omē pc̄tm̄
cōmittitur corde. ore. uel ope. iustū
ē ut ita curent᷎ ꝑ cōtrariū. s. ut
peccator culpā detestetur aīo. v̄bo
accuset. et facto puniat. ¶ Item
ꝑ pc̄tm̄ offendit hō deū. ecclīam. et
seipm̄. sed ꝑ cōtricionē recōciliatur
hō deo. ꝑ confessionē ecclīe. ꝑ satis
faccionē sibi. ¶ Item iste penitē
cie ꝑtes sūt tres diete quibz in tran
situr ꝑmissionis. de quibz dr̄ in Exodo.
Ibim⁹ viam triū dierū. ¶ Iste
tres ꝑtes vnificat᷎ moralit᷎ tres mor
tuos quos dn̄s suscitauit. Quia ꝑ
contricionē suscitat᷎ in domo puella.
ꝑ cōfessionē. iuuenis in porta. per
satisfaccionē lazarus in sepulcro.

De contricione. 22.

Contricio est dolor volū
tarie assūptus ꝑ pc̄tis
cū ꝑposito cōfitendi et satisfaciendi.
¶ Hec diffinicio magistralis est.
Et ponit᷎ ibi dolor ꝑ genē. et volun
tarie assūptus. ponit᷎ ad differen
ciā doloris naturalis. qui non est
meritorius cū non sit in genē moris.
sed volūtas ponit᷎ eū in genē morali.
Pro pc̄tis. ponitur ꝑ materia doloris
ad differenciā doloris inuidie qui ē
de bono alieno. ¶ Sic ergo diffinit᷎
cōtricio ꝑut est actus v̄tutis. Sed
ꝑut est ꝑs sacramenti penitencie o
portet qd̄ aliquid in cōparacione ad
alias ꝑtes addatur. et ideo ponit᷎
cū ꝑposito cōfitendi et satisfaciendi.
¶ Nota qd̄ cor dicitur durū qn̄
diuine inspiracōi tangenti se nō
cedit. sed obuiat in affcū pc̄ti demo
rando. ¶ Effrangi vo dr̄. qn̄ a ꝑ
posito peccandi incipit recipiscere.
licet non dū totalit᷎ contritat᷎. ¶ Cō
teri autē dr̄. qn̄ voluntas ab affcū
pc̄ti resilit. ¶ In contricōe du
plex ē dolor. Primus ē volūtatis. qui
nichil aliud est nisi pc̄ti displicen
cia. Alius ē sensibilis. ¶ Primus
est de essencia cōtricōis. Et de hoc
dolore intelligit᷎ illud Jere. Luctū
vnigeniti fac tibi. Quia homo de
bet ex racōe magis velle nunqm̄
peccasse. qm̄ vnigenitum viuere.
¶ Scd̄us dolor nō requiritur de ne
cessitate cōtricōis. sed de eius ꝑfec
cione. quia talis dolor nō ē in nostra
potestate. ¶ Nota qd̄ contricio
potest tantū intendi. qd̄ non solū
culpa sed etiā tota pena dimittit᷎.
¶ Hoc autē potest dupliciter fieri.
Vno modo ex ꝑte caritatis que
displicenciā pc̄ti causat. quia sic con
tingit tantū intendi caritatem in
actu. qd̄ cōtricio inde sequēs merebit᷎
absolucionē ab oī pena. ¶ Alio
mō fit istud ex ꝑte doloris sensibilis

quie volũtas in contricōe excitat qꝛ cũ ille dolor pena quedā est ⁊ tantũ potest intendi qđ sufficit ad delecionē culpe ⁊ pene. ¶ Differencia ē int̄ attricionē ⁊ contricionē sicut int̄ informē ⁊ formatā. scdm qđ dicitur de fide informi et formata. ¶ Utrũ autē attricio fiat cōtricio distinguendũ est. qꝛ cōtricio dr̄ cũ gratia tricio. Hoc autē potest ēē dupliciť. ¶ Uno modo p concomitanciā. qꝛ grā associat̄ motui existenti in aīa et illũ informat. q̄uis non eliciat. ¶ Alio modo p causā. ita qđ motus a grā eliciatur. ¶ Primo m̄ attricio fit cōtricio. qꝛ actus ille simplex manens in aīa formatur grā adueniente. sicut adueniente luce color. ¶ Scđo modo ipossibile ē qđ attricio fiat cōtricio. ¶ Si queriť q̄n dm̄ de pccō quis dolere debet. Respondeo. qđ sicut Hugo de scō victore dicit. Ds q̄i absolui hoīem a vinclō pcī. ligat eũ vinculo ppetue detestacōis. Sed detestacio pcī ppetua duplex ē. ¶ Una ħ. s. in hitu. ad q̄ua semꝑ tenetur hō eciam post ꝑfcām pcī remissione. De qua dicit Aug. loquēs de penitente. Semꝑ doleat. ⁊ de dolore gaudeat. ⁊ nō semꝑ doluisse doleat. ¶ Alia ē detestacio in actu. Ad hanc hō non tenetur semper.

¶ Sciendũ g° qđ bi ⁊ dapnati et hi qui sūt in purgatorio non hent cōtricionē ꝓprie. Ratio autē hec est racio. Quia in cōtricōe ꝓprie supra sūt tria. s. grā. dolor. ⁊ effectus uiui satisfacientis. In beatis autē non ē dolor. In dapnatis vo non est grā. Et hi qui in purgatorio sūt nō merentur.

De cōfessione. 23.

Confessio ē ut ait Aug. p q̄ua latens morbus spe venie apitur. Hic confessio sacramentalis que est ps penitencie conueniens describit̄ p matiam que est pccm̄. et p actũ qui ē apire. ⁊ p finē qui ē spes venie. ¶ Duplex ē confessio. Quedam ē mentalis q̄ fit deo. et hec ē de iure naturali. Quedā est vocalis que fit hōi. et hec non ē de iure natāli. ¶ Igitur ante incarnacionē xpi sufficiebat cōfessio mentalis. qꝛ ds̄ nondũ erat hō. Sed postq̄m factus ē homo. debet confessio fieri hōi vicario xpi. In hoc eñ qđ ministris sacramentoꝝ dedit potestatē ligandi atqꝫ soluendi. insinuat confessionē hoībꝫ taq̄ iudicibꝫ debere fieri. Sic g° xpc instituit confessionē tacite. sed apli ꝑmulgauerūt eam expsse. ¶ Quāuis g° in contricōe dimittit̄ pccm̄. tamen cōfessio vocalis ē necessaria.

vel in re qui habetur oportunitas. uel in proposito qui eam articulis necessitatis excludit. et non contemptus religionis. Et ista necessitas confitendi post contritionem non est in tali casu propter necessitatem remedii. cum peccatum iam dimissum sit. sed propter obligationem precepti. Confessio enim et satisfactio necessaria est non solum propter reconciliationem in iudicio dei sed etiam in iudicio ecclesie. Quas circumstancias tenemur confiteri. Nota quod circumstanciarum quedam sunt trahentes in aliud genus peccati. ut coire cum muliere coniugata. et has tenetur homo confiteri. Quedam vero sunt aggrauantes in eadem specie. et harum quedam non sunt aggrauantes notabiliter. sicut scientia et huiusmodi. has non tenetur homo confiteri. quia sunt quasi venialia peccata. Quedam autem sunt aggrauantes notabiliter. et has secundum quosdam oportet confiteri. Non enim sufficit illi qui .C. marcas de alieno habuit dicere. ego accepi alienum. cum hoc possit verificari si accepisset unum denarium. Secundum alios communius sed non tutius opinantes non oportet. Que sunt autem circumstancie aggrauantes peccatum. notantur in his versibus. Aggrauat ordo. locus. mora. causa. scientia. tempus. Lucta pusilla. modus. culpe genus. et status altus. Conditio. numerus. etas. et scandala. sexus. Quamuis peccata aliena nota sint sacerdoti. tamen oportet ea confiteri quia non sunt ei nota ut indici. Quamdiu possit aliquis differre confessionem. et nota quod due sunt opiniones. Quidam enim dicunt quod peccator tenetur confiteri statim habita oportunitate sufficienti. Alii dicunt communius. quod cum confessio sit inter precepta affirmatiua non obligat nisi pro loco et tempore. Ecclesia autem terminat ut in decretali. quod homo confiteatur semel in anno. quia semel in anno habet quilibet de necessitate communicare. In casibus tamen .iiij. tenetur quis ante hoc tempus confiteri. Primus est ratione sacramenti. quia vult communicare vel celebrare. Alius est ratione periculi. ut si est in periculo mortis. Tertius est ratione conscientie. ut si dicat conscientia sibi quod statim teneatur. Quartus est ratione dubii. ut si sperat sibi amplius illo anno copiam confessoris non offerre quam modo habet. vel si habet casum de quo solus papa potest absoluere. et habet modo copiam penitenciarii domini pape. Si queritur utrum confessio facta in mortali valeat. dicendum quod confessio est in remedium et in preceptum. In quantum est in remedium non valet in mortali suscepta. tamen absoluitur homo a precepto. sicut et

ficte baptismum suscipiens. ¶ Utrum autem confessio sit iteranda.
Notandum regulariter quod nullus tenetur confessionem semel bona fide
facta amplius iterare. Sunt tamen .iiij.
casus in quibus expedit uel tenetur
homo iterare confessionem. quorum duo
sunt propter confessorem. et duo propter confitentem. ¶ Primus quidem propter confessorem est si confessori deficit clauis
potencie eo quod non habet auctoritatem absoluendi ab illo peccato. ¶ Secundus est si deficit ei clauis sciencie
quia nescit discernere. ¶ Tercius
est si confitens dimidiauit confessionem. Oportet enim quod uni fiat confessio omnium que habentur in memoria.
Si uero aliqua exciderunt a memoria. non ideo reputari debet confessio dimidiata. ¶ Quartus est si contempsit aut neclexit. uel oblitus est
satisfactionem. Nam si sciret et implere vellet. non oporteret confessionem iterari. ¶ Si uero aliquis
cadit in peccatum postquam bona fide fecit confessionem. questio est utrum teneatur confessionem prius factam iterare.
et est opinio communior quod non in
specie. sed in genere. licet aliter quidam
dicant. ¶ Nota quod confessio facta
per nuncium uel epistolam licet sit quoddam
opus bonum et meritorium. tamen in quantum
est pars sacramenti non potest sic fieri. quia determinata habet materiam. scilicet
actum sermonis quo consciencia hominis manifestari consueuit. Unde sine necessitate non licet aliter confiteri. In necessitate vero potest defectus per actum
equalentem suppleri. De qualitate
et effectu confessionis. 29.

Qualis debeat esse confessio. notatur in his versibus. ¶ Sit simplex.
humilis. confessio. pura. fidelis. Atque
ra. frequens. nuda. discreta. libens.
verecunda. Integra. secreta. lacrimabilis. accelerata. Fortis et accusans.
et sic parere parata. ¶ Ad multa
valet confessio. ¶ A morte liberat.
Quia sicut confessus in foro contencioso dampnatur. sic in spirituali liberatur.
¶ Deum homini manifestat. Augustinus.
Si nollem confiteri. non me tibi
absconderem. sed te mihi. ¶ Uulnera
mentis sanat. Jeronimus. Uulnus non
intellectum tardius sanatur. ¶ Paradisum aperit. Augustinus. O breue verbum.
peccaui. quod portas aperit paradisi.
Exemplum in latrone dextro. ¶ Peccata
tegit. Unde quedam glosa. Si homo
detegit. deus tegit. ¶ Misericordiam
diuinam emollit. Glosa super illud.
delictum meum cognitum tibi feci. Si
homo cognoscit deus ignoscit. ¶ Animum iocundat. Psalmus. In voce exultacionis et confessionis sonus epulantis.

¶ Intercessores multiplicat. Sacer
dotes enim orant pro suis confessis.
¶ Consciam mundat. Aug. Con
fitendo fit homo de fedo pulcher. ¶ Ffe
dus diaboli rumpit. sicut cum aliquis
secretum alterius detegit. ¶ Deo
coniungit. Aug. Quid prius auri
bus tuis quam cor confitens. et vita que
ex fide est. ¶ In viam salutis
dirigit. Proverbiorum. Qui abscondit
scelera sua non dirigetur. qui autem confessus.
¶ Peccatum delet. Ps. Dixi confitebor
adversum me iniusticiam meam domino etc.
¶ Satisfactionem supplet. Glosa
super Math. Iubemur confiteri peccata
nostra. ut erubescenciam paciamur pro
pena. ¶ Malum precavet. Exem
plum de dente putrido qui extrahitur
ne alii putrescant. Cui debeat fi
eri confessio. 2h.

Generaliter teneas quod con
fessio debet fieri sacerdo
ti habenti claves. que sunt sciencia
discernendi. et potestas ligandi et sol
uendi. ¶ Sciendum autem quod
sicut baptismus est sacramentum ne
cessitatis. ita et lapsis penitencia.
Unde sicut baptismus duplicem habet
ministrum. unum cui baptizare com
petit ex officio. s. sacerdotem. Alium
cui committitur dispensacio baptis
mi racione necessitatis. ita et mi
nister penitencie duplex est. Unus

cui confessio fit ex officio sicut est
sacerdos. Alius autem est qui audiendo
confessionem vicem supplere potest
sacerdotis in necessitate. ut laicus.
Dicunt tamen aliqui quod cum deest copia
sacerdotis. non oportet confiteri laico.
sed sufficit soli deo. ¶ Quamvis
omnes sacerdotes claves habeant. non tamen
possunt omnes ligare et solvere. sicut ex
communicati. suspensi. et heretici dampnati.
Hoc autem non est propter defectum ordinis.
sed quia non habent materiam. s. subditos.
qui auferuntur eis cum excommunicantur.
Possunt tamen baptizare. quia hoc est
sacramentum necessitatis. ¶ Pos
sunt eciam tales eucharistiam consecrare.
quia hoc substancialiter adheret ordini.
Ligare autem et solvere accidentaliter ad
heret ordini. ¶ Dicendum est eciam
quod nullus potest absolvere confite
tem nisi proprius sacerdos. Sed proprius
sacerdos dicitur sex modis. ¶ Primo.
ipse pastor ecclesie. ¶ Secundo. per de
terminacionem superioris. ut vicarii.
¶ Tercio. per privilegium quibusdam
indultum. ut sunt fratres predicatores
et minores. ¶ Quarto. per licenciam
proprii sacerdotis. Non tamen licencient
nisi discretis. honestis. et notis.
¶ Quinto. propter necessitatem. quia instan
te mortis articulo quilibet sacerdos
potest absolvere. et peregrini absolvun
tur ab illis apud quos sunt. ¶ Sex

to. ꝑpter defectū siu sacerdotis. q̄ .s. ē
ydiota uel ꝓditor cōfessionis. uel
solet cōfitentes mulieres ꝓcari.
Tūc eīn si non inueniit aliquē qui
auctoritatē hēat efficitur ei sacerdos
ꝓprius. non q̄libet. sed discretus ⁊ qui
est notus uel ex ordīe uel ex ꝑsona.

De sigillo confessionis. 26.

Sal que geritur extius
in sacramentis sūt signa
rerū que intus cōtin
gūt. et ideo confessio qua quis sacerdo
ti se subicit signū est interioris peni
tencie qua quis deo subicit. ¶ Deus
autē peccatū illius qui se sibi ꝑ peniten
ciā subicit. tegit. ⁊ ideo oportet de sa
cramenti necessitate q̄d sacerdos confes
sionē celet. ¶ Sūt ⁊ alie huius
celacōis vtilitates. Quia ꝑ hoc ho
mines ad confessionē magis īuitātur.
⁊ simplicius pcc̄a cōfitent̄. ¶ Sa
cerdos eciā non solū debet celare peccatū
quod in cōfessione recipit. sed ⁊ illa
oīa ꝑ que possit pccōr uel pccm̄ dep
hendi. ¶ Potest autē penitens
facē ut illud quod sacerdos ꝑ̄t facta
sibi confessionē sciebat ut d̄s. sciat
etiam ut hō. et hoc facit dū licenciat
eū ad dicendū. Et ideo si dicat non
frangit sigillū confessionis. ¶ Si
autē queritur vtrū illud q̄d scit sa
cerdos ꝑ confessionē. ⁊ scit alio modo.
possit reuelare. sup̄ hoc diuse sunt

opiniones. Sed hec ē verior. q̄d si
ue sacerdos sciat illud pccm̄ ante pcc̄i
confessionē sibi factam. siue post.
nō tenetur celare q̄ntū ad illud q̄d
scit ut homo. ¶ Nota q̄d iste
modus dicendi. dico tibi in confessi
one. non claudit tale dcm̄ sigillo
confessionis. qm̄ nō seruatur ibi
forma cōfessionis. De satisfaccōe. 27.

Sicut in bellis restituta
amicicia non statī dimit
titur debitū dāpni illati.
ita post remissionē culpe in cōtricōe.
remanet debitū pene satisfactōne.
¶ Iniungit autē sacerdos quedā ad
satisfaccōis fundamentū. sicut absti
nē a pccō. ⁊ restituē ablatū. ¶ Quedā
iniūgit ad satisfaccōis expedicionē.
ut ē vitare cōsorcia maloꝝ. ¶ Que
dam iniūgit ad substanciā satisfacci
onis. ut ieiunare. vigilare. dare ele
mosinā. ꝑegrinari. ⁊ huiꝰ opa penā
lia. ¶ Quedam iniūgit ad ꝑfec
cionē ⁊ securitatē satisfaccionis. ut
sūt opa supererogacōis. ¶ Satis
faccio debet responde culpe in trib;.
Scilicet. In nūero. ꝑs. Lauabo ꝑ sin
gl̄as noctes lectū meū. ¶ In pon
dere. Aug. Libentē debet facē immor
talis futurus. quecūq; facet ꝑ morte
differenda moriturus. ¶ In men
sura. Greg. Tanto tēpore debet q̄s
cē in penitencia. q̄nto fuit in culpa.

Ista tria requirūtur in penitencia. scdm̄ cōueniencia. non scdm̄ necessitatem.

De ptib; satisfaccōis ꝛ cōi. 28.

Satisfaccōis queta sūt ptes p̄ncipales. s. orō. ieiuniū. ꝛ elemosina. ¶ Queta v̄o sunt ptes secūarie que ad has reducūtur. ut vigilie pegrinacōes. ꝛ discipline. ¶ Dicendū ḡ q̄d oīa opa carnem affligencia reducūtur ad ieiuniū. Oīa vero opa spualia. ad oracionē. Oīa autē opa miscdie. ad elemosinā. ¶ Sufficiencia pcuū p̄ncipaliū potest accipi respectu triuiu a quo ē motus satisfaccōis. Quia p ieiuniū. reuocamꝰ a cōcupiscencia carnis. p elemosinā. a cōcupiscencia oclōꝝ. p oracionē. a supbia vite. ¶ Alio m̄ sumitur ista sufficiencia ex pte triuiu ad quē est. Quia p ieiuniū bn̄ ordinatur hō in seipso. p elemosinā ad primū. p oracionē ad deū. ¶ Tercio m̄ sumitur hec sufficiencia ex parte matie de qua fit satisfaccio. Quia p elemosinā fit satisfaccio de bonis extioris substancie. p ieiuniū. de bonis corpis. p oracionē de bonis mentis. ¶ Q̄rto m̄ sumitur hec sufficiencia ex pte modoꝝ satisfaciendi. ffit eni satisfaccio trib; modis. vel p puniciōnē. vel per redempcionem. uel p supplicacionē. Primū facimus ieiunando. Scdm̄ elemosinas dando. Terciū orando. ¶ Q̄nto sumitur hec sufficiencia ex pte effcus. p satisfaccionē eni tria magna bona nobis pueniūt. s. impetracio gratie. remissio pene. expurgacio reliq̄aꝝ culpe. Ad p̄mū videtur valere elemosina ppt̄ multiplicacionē intcessoꝝ. Ad scdm̄. ieiuniū. Ad terciū. oracio.

De singlis ptib; satisfaccōis. 29.

Elemosina duplicit̄ potest accipi. Aut intencōe sublevandi necessitatē primi. ꝛ sic ē opus miscdie. Aut intencōe recōpensandi p debito offense diuine. ꝛ sic ē opus iusticie. ¶ Primo modo ppē ptinet ad meritū vite. Scdō m̄ ad meritum dimissionis pene. qꝛ elemosina sic data ppē ē satisfactoria. ¶ De ieiunio quoqꝫ sciendū q̄d in carne duo sūt. Vnū est natura que debet sustentari. Aliud ē viciū quod debet domari. Ieiuniū ergo quod naturā seruat. ꝛ viciū domat. bonū ē ꝛ satisfactoriū. Aliud v̄o non. ¶ Oracio etiam hēt duplicit̄ fieri. Aut p impetracōe bonoꝝ. ꝛ sic est pars contēplacōis. Aut p amocione maloꝝ. ꝛ sic est ppē pars satisfaccionis.

De iustificacione impij. 30.

Iustificacio ē motus ab iniusticia ad iusticiā. ¶ In iustificacione

impii. iiii. requiruntur. Scilicet mo
tus liberi arbitrii. et contricio. et infu
sio gracie. et remissio culpe. Horum duo
prima sunt ex parte suscipientis. Alia
vero duo ex parte agentis. ¶ Predicta
iiii. sunt simul tempore. sed non natura.
Prioritas autem et posterioritas que
secundum ordinem nature est reducitur ali
quo modo ad ordinem cause et causati.
¶ Inter ista vero videtur hic ordo cau
salitatis esse. Causaliter enim motus li
beri arbitrii prior aliis tribus est. quia
requiritur consensus voluntatis in hu
mutacione. Voluntas autem et liberum
arbitrium sumuntur hic pro eodem. Prop
terea iste motus appellatur motus li
beri arbitrii. Iste quoque motus qui
appellatur liberum arbitrium consentit
deo ut primo motori. ¶ Vocatur
quoque motus fidei. quia habet aliquid
cognicionis et aliquid affectionis sicut
fides. ¶ Dicimus ergo quod motus libe
arbitrii sive motus fidei in deum
causaliter est prior quam motus quo de peccato
quis conteritur. Quia sicut in genera
cione peccati prior est conversio quam aversio.
cum conversio causet aversionem. ita et in
eius destructione prior est eius conversio
ad deum per liberum arbitrium. quam aversio
a creatura per contricionem de peccato. Quod
enim primum est in composicione. ultimum est
in resolucione. ¶ Isti vero duo motus
scilicet liberi arbitrii et contricionis sunt
priores quam gracia infundatur. quia sunt
causa preparatoria ut gracia detur.
¶ Quamvis enim deus sine ulla prepara
cione posset impium iustificare. tamen
requiritur preparacio ex parte nostra. Quoniam
sicut requiritur preparacio materie in na
turali mutacione ad recipiendum formam.
ita in mutacione voluntaria. et hoc non
est ex impotencia agentis. sed susci
pientis. ¶ Alia racio est. Quia
in iustificacione peccatoris fit introductio
unius forme. et expulsio contrarie. Ideo
requiruntur predicta duo. scilicet motus libe
arbitrii disponens ad gracie susceptio
nem. et contricio. scilicet discessus a peccato dis
ponens ad culpe expulsionem. Gracia
vero prius infunditur quam culpa remit
tatur. quia per graciam culpa remittitur.
Sicut in introductione forme prior na
turaliter est forma que expellit ex par
te agentis. quam illa que expellenda
est removeri possit. ¶ Qualiter
autem iustificacio fiat in instanti vel
successive. nota distinctionem. Potest
autem iustificacio dupliciter accipi. si
cut et generacio. ¶ Uno modo ut
dicat motum ad iusticiam cum termino
eiusdem. et sic fit successive. ut quando
succedit successiva preparacio. ¶ Al
io modo potest accipi ut dicat solum
mutacionem sine motu. Hoc modo
fit iustificacio in instanti. et hoc tri
plici racione. ¶ Prima est quia fit

vtute infinita et simplici immediate. ¶ Secunda est quia fit in subiecto simplici .s. in mente. ¶ Tercia est quia tam ipsa forma que expellitur sicut culpa. quam que introducitur sicut gratia. omnino simplex est. ¶ Ad id quod ait augustinus. quod maius est iustificare impium quam creare celum et terram. dicendum quod maius est quantum ad id quod fit. quia melius est. sed non quo ad modum faciendi. ¶ Quamuis enim in iustificacione impij sit resistencia formalis .s. contrarij ad contrarium. non tamen est ibi resistencia effectiua quo aliquid resistat agenti .s. deo. cui vtuti nichil resistere potest. ¶ In iustificacione impij aliquid est ex parte dei. et aliquid ex parte peccatoris. et aliquid ex parte ecclesie. ¶ Ex parte dei sunt duo .s. misericordia qua reatum indulget. et iusticia qua emendam aliquantulam exigit. uel hic. uel in purgatorio. Hec significantur per duos discipulos quos misit dominus in omnem locum quo ipse erat venturus. tunc quidem corporaliter. nunc autem per gratiam spiritualiter. ¶ Ex parte peccatoris sunt etiam duo .s. dolor et amor. Et hec sunt due mole quibus peccatum conteritur. que secundum legem non debet diabolo in pignore obligari. ¶ Ex parte ecclesie sunt similiter duo. Primum est meritum et precipue christi cuius meritum est inexhausibile. et etiam aliorum sanctorum qui fecerunt opera multa supererogacionis. que omnia sub potestate clauium sunt posita. ut quod minus est in vno membro ecclesie recompensetur in alio. et ideo si quis non est membrum ecclesie. non influit in ipsum meritum predictum. ¶ Secundum est indulgencia quam dat ecclesia per papam et episcopos. Tamen ut ipsa indulgencia tantum valeat quantum promittitur. exigitur auctoritas et causa .s. communis vtilitas ex parte dantis. Exigitur etiam fides formata et obediencia. hoc est ut soluat illud propter quod datur. ex parte recipientis.

Impiis.

De penitencia venialium. 31.

Penitencia est remedium institutum ad expiandum peccatum cui debetur pena sensibilis. Que cum debeatur peccato. non solum mortali. verum etiam veniali. patet quod penitencia est remedium contra vtrumque. Tamen penitencia non est simpliciter de venialibus sed de mortalibus. quia penitencia introducta est ad reconciliandam amiciciam quam peccatum mortale tollit. ¶ Licet igitur penitencia non sit de venialibus simpliciter. tamen erit per accidens. et hoc tribus modis. ¶ Primo. racione dubij. ut que creduntur esse mortalia. ¶ Secundo. racione statuti ut quod homo qui tenetur confiteri semel in anno. non habet nisi venialia. ¶ Tercio. racione periculi. ut quando

venialis delectacio ad hoc pducta ē
qd̄ nisi hō se auītat ab ea. trahit in
mortale. ¶ De remissione pcī
venialis sciendū est qd̄ in duobus
casibꝫ nō remittitur. ¶ Primus ē
si talis hēat pcīm mortale. qm̄ sine
mortali nunqm̄ dimittitur veniale.
licet econuīso possit fieri. s. qd̄ mor
tale dimittatur sine veniali. Cū eīm
pcīm mortale tollat caritatē que v
niuīsa delicta opit. constat qd̄ existēti
in pcō mortali nullū veniale remit
titur. ¶ Scd̄s ē qm̄ voluntas fixa
manet in affcū alicui⁹ pcī venialis
determinati. qm̄ illud tūc tolli non po
test. ꝑ hoc multiplici racōe. ¶ Pri
ma est qꝛ omne pcīm remissione in
diget quo ad duo. s. quo ad culpam.
ꝛ quo ad penā. Sed nō potest esse
remissio scd̄a sine pma. qꝛ qm̄ dm
hō culpam hēt debitor ē pene. Cul
pa autē in deordinacōe voluntatis
consistit. Cū voluntas sic manens.
reordinari nō potest. Alioqm̄ duo
opposita essent in eodē simul. ¶ Al
lia racio ē. qꝛ manente causa nō po
test tolli effcūs. Sed voluntas mor
dinata ad aliquid ē causa pcī veni
alis. vnde manente volūtate fixa ī
illo non remittitur ipm̄ pcīm veni
ale. ¶ Sciendū eciā qd̄ vnum
pcīm veniale potest remitti sine al
io. qꝛ pcīm mortale quod maioris ē
inherencie potest remitti sine veni
ali. ¶ Alia racio est. qꝛ pcīm mor
tale ita deo displicet. qd̄ facit eciam
ipm̄ peccantē deo displicē. qꝛ priuatur
gra. sed veniale qm̄uis deo displiceat
cū inordinatū sit. non tm̄ peccantē
facit deo displicē. qꝛ non priuatur gra.
sed obnubilatur in qntū eius pcessus
ad exteriora impedit̄. Et ꝓpt̄ hoc vnū
veniale nō impedit qn̄ aliud remitti
possit. ¶ Tercia racio ē. qꝛ veni
alia non hēnt conexionē adinuicem.
nec ex pte auīsionis qꝛ non auītunt
a summo bono. nec ex pte conuīsionis.
ideo vnū remitti potest sine alio. Nō
ē vō sic de mortalibꝫ. vbi vnū non di
mittit̄ sine alio. qꝛ conexionē hēnt
adinuicē ex pte auīsionis. qd̄libet eīm
mortale auītit a deo. licet non hēant
conexionē ex pte conuīsionis. ¶ Ex
pdc̄is collige qd̄ alit̄ se hēnt morta
lia adinuicē. et alit̄ venialia adinui
cem. et alit̄ mortalia ad venialia.
¶ Mortalia eīm sic se hēnt adinuicē
qd̄ vnū non remittitur sine altero.
¶ Venialia vō sic se hēnt adinuicē
qd̄ vnū remitti potest sine altero.
¶ Mortalia autē sic se hēnt ad veni
alia qd̄ mortale remittit̄ sine venia
li. sed non veniale sine mortali. Cui⁹
duplex est racio. ¶ Prima est. qꝛ
mortale ꝛ veniale sic se hēnt sicut ha
bitus ꝛ disposicio. sed non econuerso.

¶ Secunda racio est. quia mortale opponitur caritati. veniale autem feruori eius. Sed sublata caritate tollitur feruor ipsius. et non econuerso.

Per quid dimittatur peccatum veniale. 32.

